




Nazionale
Firenze


XII FICINS de Sole & Lumine. Florentiæ 149
NCUNABUL
5
52









S.M.N.

C.
Ficini

~~XVI~~ XII

FICINI

1493.

MARSILII FICINI PROHEMIVM IN LIBRVM DE SOLE AD MAGNANIMVM PETRVM MEDICEM

n OVAM Platonis interpretationem auspiciis iandiu tuis inceptam Magnanime Petre quotidie ꝑsequor: atq; (ut te nõ latet) crebrioribus articulorũ distinctionibus/longioribusq; q̃tũ res ipsa postulat/argumentis explano. Itaq; cũ nuper ad mysteriũ illud Platonicũ peruenissem/ubi Solẽ ad ipsum Deũ artificiosissime cõparat: placuit rẽ tantã aliq̃to latius explicare: præsertim q̃a Dionysius noster Areopagita Platonicorum primus/cuius interpretationẽ ĩ manibus habeo/similẽ Solis ad Deũ cõparationẽ libenter amplectitur. Dũ igiẽ ad Solẽ hũc.q.lucernã pluribus iam noctibus lucubrarẽ: cogitaui rẽ hanc electissimam ex opere magno seligere: & ꝓprio cõmẽdare cõpendio. Idq; de Sole mysteriũ.q.Phębeũ munus/ad te potissimum & Phoebi Musarum ducis alumnum/& Musarũ patronũ mittere: cui etiã uniuersa hęc noua Platonis interpretatio dedicatur: ut hac interim luce.q.luna quadã/quale futurum sit Platonicũ opus totum tanq̃ Sol ad lunã/augureris: ac si quãdo Platonem meũ/imo iãdiu uestrũ amauisti/posthac lumine hoc accensus ardentius ames: & tota mente complectaris amatum.

Verba ad lectorem. Librum hũc allegoricum & anagogicũ eẽ potius q̃ dogmaticũ Cap. Primũ

Ythagoricum preceptum est magnanime Petre ꝑfecto diuinũ de rebus mysteriisq; diuinis absq; lumine nõ loquẽdũ: In quibus (ut arbitror) uerbis nõ id solũ sapiẽs ille significat, nihil in rebus diuinis audendũ: nisi quatenus ipsa Dei lux illinc afflatis mẽtibus patefecerit: sed ẽt admonere uidet̃: ne sine huius manifeste lucis cõparatione ad occultã diuinorũ lucẽ uel percipiendam, uel declarãdam proficiscamur. Ab hac igit̃ nos ad illã non tam rõnibus impresentia, q̃ cõparationibus quibusdã deductis ex lumine, prouiribus accedemus. At uero tu iterim accuratissime lector utinam & nobis indulgentissime, Apollinei modo & quasi poetici sub Sole ꝑmissi memor: seueriora posthac a nobis, & (ut greci aiũt) dogmatica ne exigito. Allegoricam equidẽ dũtaxat & anagogicam ingeniorũ exercitationem, fideiussore Phoebo, cuius hæc sũt munera, sum pollicitus. Nõ disputant unq̃ cũ Apolline Musæ: sed canunt. Ipse quinetiam Mercurius primus disputationũ artifex, & si cũ Saturno uel Ioue tractat grauia: tamẽ cũ Apolline ludit. Ille qdẽ nõ apte solũ iocat̃: sed diuine. Nos aũt utinã saltẽ non inepte.

ludamus. Sed iam nostra hæc luminis qualia cũq; futura sint acturi prælude ia/ipso bono.i.summo Deo feliciter inspirante ꝓdeamus in lucem.

Quomodo Solis lumen sit ipsi bono.s.Deo simile Cap.II.

r Es nulla magis q̃ lumẽ refert naturã boni. Primo quidẽ lumẽ in genere sẽsibili purissimum eminentissimũq; apparet. Secũdo/facillime omniũ/& amplissime: momentoq; dilatatur. Tertio/innoxiũ occurrit omnibus atq; penetrat: & lenissimum atq; blãdissimũ. Quarto/calorẽ secum fert almum/oĩa fouentẽ/& generantẽ/atq; mouentem. Quinto/dum adest inestq; cũctis/a nullo inficitur/nulli miscetur. Similiter ipsum bonũ totũ rerum ordinẽ supereminet. Amplissime dilatatur. Mulcet/& allicit omnia. Nihil cogit. Amorẽ quasi calorem habet ubiq; comitẽ. Quo singula passim inescantur: bonumq; libẽter asciscunt. Vbiq; rerũ penetralibus præsentissimum/cõmertium cum rebus nullum habet. Deniq; sicut ipsum bonum inextimabile est/atq; ineffabile: ita ferme lumẽ. Hoc enĩ nullus adhuc definit philosophorũ: ut nihil lumine clarius sit alicubi. Nihil rursus uideaẽ obscurius: sicut bonum & notissimum est omnium/& pariter ignotissimum. Quãobrem Iamblichus Platonicus huc postremo cõfugit: ut lumen actũ

quendam & imaginem perspicuam diuinæ intelli
gentię nominaret. Quemadmodũ emicans e uisu
radius est ipsius uisus imago. Forte uero lumē est
ipse uisus cælestis animæ/uel uisionis ipsius actus
ad exteriora porrectus/eminus quidē agens/cęlũ
interea nō relinquens/sed semp̱ ibi cōtinuus/exte
rioribus non p̱mixtus: Videndo agens simul atq;
tangēdo. Nos saltē lumē solemus dicere uestigiũ
quoddã uitæ mũdanæ/quasi proportione quadã
seipsam oculis offerentis: Vel quasi spũm uitalem
int̃ mundi animã/atq; corpus. Sed de hoc in theo
logia nostra satis diximus. Quamobrē ubi mul
tas supra cęlũ mentes angelicas quasi luces earũq;
ordinē & inuicem & ad unũ Deum patrē luminũ
asseuerare studes: quidnã tibi longis inuestigatio
num ambagibus opus erit? Cælum suspice precor
cęlestis patriæ ciuis: cęlũ ad hoc ipsum p̱spicue de
clarandũ ordinatissimũ a deo factũ/atq; patentissi
mum. Cælestia igit̃ tibi sursum cōspicienti statim
p̱ ipsos stellarum radios tanquã oculorũ suorum
aspectus atq; nutus enarrãt gloriam Dei: & opera
manuũ eius nuntiat firmamētũ. Sol uero maxime
Deum ipsum tibi significare pōt. Sol tibi signa da
bit: Solem quis dicere falsum audeat? Ita demum
inuisibilia Dei.i.angelica numina p̱ stellas potissi
mum intellecta cōspiciuntur: per Solem uero sem

piterna quoq; Dei uirtus atque diuinitas.

Sol cęlestium illuminator & dominus atq; moderator. Cap. III.

SOl tanquã manifestus cęli dominus omnia prorsus cælestia regit/ & moderatur. Magnitudinem eius ingentem qua centies sexagiesq; & sexties terram cõtinere putatur/ imprę sentia prætermittam. Principio lumẽ stellis omnibus inserit: Siue natiuum illæ per se lumen exiguum habeant (ut nõnulli suspicantur): siue nullum (ut plurimi putant). Deinde illud imprimis ex signis xii. uiuum/ ut ĩquit Aly & Abraham/ dicitur/ & apparet effectu/ quod Sol eo tempore uegetat. Immo uero duo utrinque signa Sol tanta uirtute complet: ut utrunque spatium apud Arabes ductoria Solis idest regium solium appelletur. In quo planetę dum sunt/ incendium tamen interea deuitantes uirtute mirifica pollẽt. Præsertim si in hoc ipso interuallo positi planetę quidem superiores exoriantur ante Solem: inferiores uero post Solem. Rursus signũ illud in quo regnat Sol: idest Aries caput inde fit signorum: caputq; in quolibet uiuẽte significat. Illud quoque signũ quod Solis est domicilium idest Leo/ & cor est signorũ: & in quolibet uiuente cor obtinet. Iam uero cum Sol peruenit ad Leonem/ epidimiam quasi Pytonicum ue

nenum in regionibus multis extinguit. Præterea ſemper ab ingreſſu Solis in Arietem annua totius orbis fortuna dependet. Et hinc quidem proprie natura ueris. Ab ingreſſu autem Solis in Cancrũ/ æſtatis qualitas iudicatur. Ab introitu in Libram/ autumni natura. Ab acceſſu in Capricornum/hiemis qualitas inuenitur. Comperta uidelicet ubiq; pręſenti figura cęleſtiũ. Merito cum tempus a motu depẽdeat/Sol per quattuor ſigna mobilia/tempora quatuor anni diſtinguit. Item a reditu Solis in natiuitatis uniuſcuiuſq; gradum atq; minutum, ſua cuiq; uaria per annum fortuna reuoluitur. Accedit ad hęc quod motus Solis tanquam primi et prĩcipis planetarum(ut Ariſtoteles inquit)ſimpliciſſimus eſt/ nec a medio diſcedẽs Zodiaco/ſicut cęteri/neq; regrediens.

Conditiones planetarũ ad Solẽ Cap. IIII.

i Tem certa quędã in cælis ab ipſo Sole ubiq; ſpatia definita uidẽtur. Quæ cum primum peregerũt planetæ/motum habitumq; permutãt. Nam Saturnus Iupiterq; & Mars per tertiam a Sole cæli partem in cõſpectum Solis trinũ peruenientes/mutato ſtatim motu/uel ante uel retro mouẽtur. Si orientales a Sole fuerint/regrediũtur: Si occidentales/progrediũtur. Venus Mercuriuſq; bre

niora quædam/certa tamen a Sole & ad Solem spa
tia peruagantur. Venus quidem ultra .xxxxviiii.
Mercurius autẽ .xxviii. gradus discedere phibẽt.
Luna in quouis aspectu Solis figuram mutat atq;
naturam. Et quasi Sol alter ętates quattuor agens/
quattuor anni tẽpora repræsentat. Et quotiens So
li coniungitur: ab ipso gradu coniunctionis cęliq;
figura declarat mẽsis futuri naturam. Proinde pla
netæ omnes cum primum cor Solis attingunt/ce
teris eo tempore/quãuis exiguo dominantur. Ali
ter uero propinquantes Soli solito interim officio
uacant. Congrediens quidem cum Sole Saturnus
rigiditatem pristinam: Mars quoq; solitam feroci
tatem ponere iudicatur. Planetæ superiores quate
nus ad eos Sol accedit/ascendunt. Quatenus ue
ro discedit/contra descẽdunt. Coniuncti quidem
Soli sunt epiciclo summi: Oppositi uero sunt infi
mi. In quadratura sũt altitudine medii. Luna utro
bique in perferente sublimis existit. In quadratu
ra descendit: Venus atque Mercurius/si progrediẽ
tes coniunguntur Soli/excelsi sunt: si regrediẽtes/
infimi. Neq; fas est planetis epicicli sui prius exple
re circuitũ: q̃ solẽ quasi suũ dominũ coniunctione
reuiserint:. In his quæ diximus uidentur profecto
planetæ superiores/quando in conspectu Solis tri
no gressum mutant/regium reuereri Solis aspectũ.

Et coniuncti cũ Sole ideo eſſe ſummi atq; directi:
quoniã ſũt interim cũ Rege cõcordes: Cõtra uero
quãdo diſcordes ſunt. i. oppoſiti/retrogradi ſunt
& infimi. Venus atq; Mercurius quãdo Solẽ attin
gunt/ſi recti tunc incedũt. i. obedientes domino/
ſublimes euadunt. Sin obliqui. q. rebelles/interea
ſũt abiecti. Luna uero ſi ẽt oppoſita Soli/eſt ſubli
mis/nullam nobis admirationem debet afferre.
Quid enim Lunæ lumen eſt/niſi idem ipſum So
lis lumẽ hinc & inde lunari ſpeculo repercuſſum.
Atq; in plenilunio in Solem e cõſpectu reflexum.
Deſcendere autem Luna uidetur in quadratura:
quoniam torua tunc dominum intuetur. Rurſus
ſicut Sol non refert pedem: ita neq; retrocedit Lu
na/epicicli uelocitate pręueniẽte regreſſum. Luna
denique uirtute ſolari/ubi in uia Solis ſeptentrio
nem petit ingẽti Draconis capite cõſtituto ſignis
ibidem augumẽtum pręſtat. Vbi uero meridiem/
decrementum Cauda proiecta. Planetę omnes ori
entales a Sole facti/uel occidentales conditionem
utrobiq; mutant/atq; cognomẽ. Omnes quidem
uerentur Solis uiam/quam eclypticam nominãt.
Inferiores planetæ magis deinceps atque magis.
Foeminæ deniq;. ſ. Luna Venusq; maxime. Ideo
plurimum digrediuntur in latus. Omnes deniq;
uel in hoc tramite collocati/uel hinc digreſſi rur

ſus ad ſeptentrionem interim aut meridiem procedentes/conditionem ubiq; mutare putantur. Luna generationis domina nullum habet manifeſtũ niſi a Sole lumen. Atque ex perfecto Solis aſpectu omnium cæleſtium uires accipit: ut inquit Proculus: quaſi in Sole ſint omnes: uireſq; ſimiles ad noſtra demittit.

Virtus Solis in generationibus atq; temporibus. In geneſi & in omnibus Cap. V.

d Eniq; in cuiusq; hominis natiuitate ipſe Lunæ locus declarat dominum genituræ/conceptionisq; momẽtum. Et Lunę cum Sole coniunctio uel oppoſitio ante hominis ortum facta/ueritatem natiuitatis aperit/& fortunam. Atq; í pręſenti figura ea cęli portio in quam incidit pars fortunę/natiuitatis Dęmon dicitur ab antiquis: portenditq;/uel ducit(ut placet Aegyptiis) totius uitę tenorem. Partem uero fortunę deſignat ſpatium inter Solem primo/atque Lunam obſeruatum: deinde ab aſcendente gradu proiectũ. Proinde Aſtronomi per motum Solis iam compertum planetarum motus inueniũt: atque metiuntur: Et Sol motu ſuo noctes dieſq; diſtinguit/& horas/& mẽſes/& annos. Lumine pariter & calore generat/uegetatq;/ & mouet/ & regenerat omnia/ & exhilarat/ atque fouet: & quæ occulta fuerant/primo aduen

tu efficit manifesta: accessuq; uicissim atq; recessu quattuor efficit anni partes: & regiones nimium a Sole remotæ, semotæ pariter sunt a uita: Ver quidem est temporum optimum: quoniam ab Ariete regno Solis incipit. Autumnus uero pessimũ, quoniam a Libra casu Solis exordia sũmit. Natiuitas postremo diurna communiter existimatur melior q̃ nocturna: & illa quidem ex Sole plurimum: hęc uero iudicatur ex Luna tãquam speculo Solis: Cælestem in natiuitate figuram in partes duodecim partiuntur. Vbi cum nonam quidem Soli: tertiam uero Lunæ destinent, illã profecto Deũ nominãt: hanc Deam: & optima queq; significare putant sapientiam: fidem, religionem, gloriam sempiternã. Hæc enim omnia Sol & omnem simpliciter ueritatem & uaticinium regnumq; significat. Accedit ad hęc: ꝙ quatenus Sol ad medium ascendit cęlũ, uitalem, & animalem spiritum ĩ nobis mirifice fouet. Quatenus uero descẽdit, spiritus uterque debilitatur. Quamobrem Dauid omnipotentis tuba Dei diluculo ad cytharam & carmina surgens, atque interea clamans: Vanum est uobis ante lucem surgere, Solẽ declarat ad nos uenientem: bona secũ nobis cuncta referre: spũsq; nrõs excitatos illuminatosq; mirabiliter ad sublimia reuocare. Mitto ꝙ Sol, ut ferũt, quasi Vates accessu suo uaticinia

quædam sobrie dormientibus afferre putatur. Luna quoque Solis coniux/quam Aristoteles minorem appellat Solem/spũm humoremq; naturalem ascendendo similiter recreat: deserit descendẽdo. Et quo magis lumine Solis abundat/eo magis est omnibus salutaris. Mitto nunc queadmodum observanda sit ad Solis aspectũ Luna lumine nõ deficiens in hoc signo deinceps/ atq; illo significante membrum hoc & illud. Atq; ita per Lunam a Sole traiciẽda uirtus cælestium omnium ad membra fouẽda per medicinas eo tempore rite compositas. Satis. n. de his in libro de uita iam diximus.

Antiquorum laudes in solem: & quomodo cælestium uires in sole & a sole sunt omnes Cap. VI.

q Vas ob res Orpheus Apollinem uiuificum cæli oculum appellauit. Atq; sũmatim hæc/ quæ dicam ex hymnis Orphicis cõgregantur. Sol oculus ęternus omnia uidens. Supereminens cæleste lumen: cælestia temperãs/ & mundana. Harmonicum mũdi cursum ducens/siue trahens. Mundi dominus. Iupiter immortalis mundi oculus circũ currens: habens sigillũ/omnia mũdana figurans. Luna stellis grauida. Stellarum Luna regina. Hæc Orpheus Apud Aegyptios Mineruæ templis aureum hoc legebatur inscriptũ. Ego sum quę sunt/

quę erunt/& quę fuerunt. Velum meum reuelauit nemo. Quem ego fructū peperi/Sol est natus. Vbi apparet/Solē Mineruę.i.diuinæ intelligētię partū/florem/fructū esse. Theologi ueteres eodē Proculo teste/dicebāt Reginā omniū Iustitiam e medio Solis throno per cūcta procedere/oīa dirigētem. Quasi Sol ipse sit omniū moderator. Iamblichus ægyptiorū sētētia ita narrat. Quicqd habemus boni/habemus a Sole: uidelicet/uel ab ipso solo: uel si & ab aliis/id quidē uel a Sole absolutū: uel a Sole per alia. Item Sol elemētaliū oīum uirtutū dominus. Luna uirtute Solis generatiōis domina. Ideo Abumasar per Solem inquit & Lunam uitam cunctis infundi. Moses cęlestium dominum in die Solem putat: in nocte Lunam quasi nocturnum Solem. Solem.q. dominū omnes in mūdo medium/quanuis ratione diuersa/collocauerūt. Caldei quidem medium planetarū. Aegyptii uero īter duos mūdi quinarios. Nempe sup hūc planetas quinq3. Sub hoc Lunam & quattuor elemēta. Propinquiorem uero terræ q̄ firmamēto positum a prouidentia putarūt. Vt eius feruente spiritu & ingēs Lunæ/aeris/aquę humor/& crassa terrenorum materia foueretur. Alia quoq3 ratione medium ipsa planetarum prosperitas declarauit. Quæ quidem dispositionem eorum ad Solem eiusmōi postulat: in qua

Saturnus: Iupiter: Mars: oriantur ante Solem. Venus autē & Mercurius atq; Luna post Solē: quasi regē agentes itinere mediū. Incedētes aliter: debiliores euadūt. Inter illos aūt prestantiores habentur: quos ipse Sol dominus præcedere iussit. Sed redeamus ad priscos. Physici ueteres Solē cor celi nominauerunt. Heraclitus luminis celestis fontē. Pleriq; Platonici in Sole mūdi animā collocarūt. Quæ spheram Solis totā implēs p globum illum quasi igneum tanq̄ per cor effundit radios: quasi spiritus inde per omnia. Quibus uitā: sēsum: motū uniuerso distribuit. His forte de causis astrologi pleriq; putāt: Sicut Deus solus intellectualē nobis animā tribuit: ita solum sub īfluxu Solis eam mittere: idest quarto dūtaxat mense post conceptum. Sed hoc illi uiderint. Mercurius certe motū mētis nostræ significans motu minime omnium discedit a Sole. Saturnus deniq; significās statum segregatæ mentis eclypticā minime deserit. Præterea Iupiter atq; Mars: quoniā ille per Sagiptarium suum: hic p Arietē cū Leone cōgruūt Apollineo: tantū adepti sunt munus: ut Iupiter qdē religiosam iustitiā legesq; ciuiles atq; psperitatē significaret: Mars āt magnanimitatē & fortitudinē atq; uictoriā. Luna: Venus: atq; Mercurius Solis comites appellāt̄. Luna qdē ob frequētē cū Sole coitū

uel aſpectū: Venus aūt atq; Mercurius ultra uicini tatē pp ęqualē cū Sole ꝑgreſſum. Hinc igiť uniuer ſę generationis imperiū acceperūt. Siquidē humi dior Luna in coitu cōſpectuq; Solis: uitalē calorē nacta/ rebus ſubinde generādis humorē ſubgerit calētē atq; uitalē. Mercurius aūt duo hæc partesq; oēs ī rebus gignēdis numeroſa quadā ꝓportionē cōmiſcet. Venus aūt eiuſmōi mixtionibus decētes adhibet formas/ & gratiam/ atq; letitiā. Sol ꝑfecto quemadmodū lumē totū in ſe collectū per uarias diſtribuit ſtellas īter ſe ſpecie differētes. Sic & om niformes uirtutes cū omniformi lumine digerit. Ex quo perſpicue coniectare licet/ tot ſaltē Soli uir tutes ineſſe/ quot ſtellę in cęlis exiſtunt.

Diſpoſitiones ſignorū & planetarum circa So lem atq; Lunam Cap. VII.

p Roinde Solem eſſe Regem/ Lunāq; quæ So lis & ſoror eſt/ & coniux/ eſſe Reginam cęle ſtium/ ipſa ſignorū in zodiaco diſpoſitio manife ſte declarat. Leo enim Solis/ & Cancer Lunæ ſedes ſe contingūt. Item Aries Solis/ & Taurus Lunę re gnum. Ceteri uero planetæ ſedes quiſq; ſuas circa Regem Regināq; undiq;. q. medios circūponunt. Mercurius hinc quidē ꝑpe Leonē habet Virginē. Inde uero ꝑpe Cancrū habet Geminos. Venus aūt hinc Librā/ inde Taurū. Mars quoq; hinc Scorpiū/

illinc Arietē. Iupiter hinc Sagiptariū, inde Pisces. Saturnus hinc Capricornum, illinc Aquariū. Sed olim cū ita planetarū sedes ad Solē Lunāq; dispo nerē, familiaris meus Bindacius Recasolanus pro fundo Vir iudicio sic obiecit. Vides ne Marsili se des easdē q̄uis ordine cōuerso, eisdē tamen gradi bus ad Saturni domos esse utrinq; dispositas. Vi deo inq̄ hoc ipsi Soli præcipue cōuenire. Interim uero altissimo etiam Saturno cōtingere. Quid ue ro? Si hoc Saturnus dignus est honore: quoniam minime omniū a regia Solis uia pręuaricari uidet̄. Sed redeamus ad īstitutū. Quinq; igit̄ hi planetæ duas quisq; sedes habent. Vnam quidem Solem quasi a tergo sequentē: alteram in cōspectu Lunę. Illę nominant̄ occidentales a Sole. Hæ orientales a Luna. Verūtamē totū Zodiacum Sol & Luna si bi uendicāt. Nam prouincia Solis Leonem: Virgi nem: Libram: Scorpiū: Sagiptariū, Capricornū oc cupat. Prouincia Lunæ: Aquariū: Pisces: Arietem: Taurum: Geminos: Cancrum. Forte uero Cancrū hominū portā appellauere: quoniā Sol ibi descen surus propemodū iam uidet̄. Capricornum uero deorū portam: quoniā ibi Sol statim uidetur ascē dere. Sed hęc aliter quoq; alibi declarauimus. Pro fecto duo hęc signa & Aries simul atq; libra digni tatē sibi uendicauerūt: ut cæli cardines uocarent̄:

quoniã ibi mutationes quattuor tẽporũ Sol de cernit/ & quoniã per Arietẽ Sol incedẽs atq; Librã mediũ in ascensu uel descensu tenet cursũ/ diẽq; cũ nocte librat: ideo circulus ab Ariete ꝑductus in Libram/ Mineruæ .i. sapientię iustitięq; circulus apud Aegyptios nũcupaẽ. Cælestiũ quidẽ ordo tã mirabilis declarat mundũ non fortuna/ sed ꝓuidentia constitutũ. Atq; obseruãtia quædã omniũ ad unũ Solem cunctorũ moderatorẽ ostẽdit/ & angelicas mentes omniaq; cælestia uni supra cęlũ sũmo prorsus obtẽperare/ & nostros animos multo magis eidem obedire debere.

Planetę concordes cũ Sole & Luna sunt fęlices/ discordes contra. Item quomõ salutãt Solẽ atq; Lunam. Cap. VIII.

SOlem Lunãq; Ptolemeus uitæ auctores existimat: & hanc quidẽ quod ad augumentũ uegetationẽq; ꝑtinet exhibere. Illũ uero quod spectat ad sensum. Iouẽ pręterea Venerẽq; iccirco uitę salutares existere: quoniã proportione quadã harmonica cũ Sole consonãt atq; Luna. Iupiter q̃dẽ cũ Sole plurimũ: aliquãtũ quoq; cũ luna. Venus uero uicissim. Saturnus aũt atq; Mars ideo sũt aduersi: quoniam a Sole Lunaq; dissonãt. Saturnus a Sole magis: Mars aũt magis a Luna dissidet. Iupiter uero pręceteris almus: Quoniã si Solis Lunæq; lumina perfecte conflentur/ ex utrisq; Iupiter coalescit.

Neq; uero prætermittendum est: q planetæ quãdo Solis aut Lunæ faciem quasi quadã salutatione re uisũt, uim subito nouã adipiscant̃: quã Arabes al mugeã noiauere: quando .s. uel sequentes solẽ, ab ipso tanto spatio distant, q̃to sua domus a domo Solis remota est: uel precedẽtes Lunã, eodem inter uallo Lunę ꝓpinquãt: quo domiciliũ suum est do micilio Lunę ꝓpinquum. Sic ergo Saturnus saluta bit Solẽ: quotiẽs occidentalis .i. post Solẽ exortus in signo sexto a Solis signo fuerit. Iupiter uero re uiset Solẽ, cum in quinto. Mars ĩ quarto. Venus in tertio! Mercurius ĩ secũdo. Similiter salutabunt Lu nam, quãdo oriẽtales a Luna .i. ante illã orti eisdẽ illã interuallis aspiciẽt. Hinc iterũ apparet cõsonã tia quidẽ Iouis Venerisq; cũ Sole atq; cum Luna: dissonãtia uero Saturni Martisq; ab utrisq;. Nẽpe Iupiter ad Leonẽ Solis sedem, sedem suam Sagip tarium ĩ trigono collocauit aspectu ꝑfecto. Venus Librã iterũ ad Leonem ĩ exagono aspectu quoq; ꝓpitio. Mars scorpionẽ in quarto uidelicet spatio dissonãte. Saturnus & ĩ sexto nõ cõsono, & in sep timo ꝓrsus opposito. Opponit .n. & Leoni Aqua rium: & Cancro pariter Capricornum. Similiter Ve nus ad Cancrum disponit Taurum in exagono .i. sextili. Iupiter pisces in trigono idest ĩ trino. Mars Arietem in quadrato. Saturnus ut diximus in sex to pariter atq; septimo. Ideo Iupiter atque Venus

fortunati dicũtur, utpote cum Rege cælestium Reginaq; concordes. Saturnus autem atque Mars infortunati: quoniam sũt inde discordes: Sed Saturnus magis infęlix: quoniam maxime dissidere uidetur a Sole: immo etiam magis q̃ Mars a Luna. Hinc admonemur, animos illos qui cũ diuina uoluntate consenserint, fęlices fore: discordes uero miseros.

Sol statua Dei. Comparatio Solis ad deum Cap. VIIII.

h Aec diuinus Plato noster diligentissime cõtemplatus Solem ipsius boni conspicuum filium nominauit. Arbitratus quoq; est Solem esse perspicuam Dei statuam in hoc templo mundano ab ipso Deo positam intuentibus ubique præcetera admirandã. Hunc ueteres, ut Plotinus ait & Plato, uenerabantur ut Deum. In Sole prisci gentium Theologi omnia gentilium numina collocarunt. Quod quidẽ Iamblichus & Iulianus Macrobiusq; testantur. Denique quisquis non uidet Solem in mundo, imaginem esse uicariumq; dei, is profecto neq; noctem considerauit unquam, neque Solem suspexit exorientem: neq; cogitauit quantum excedat sensum. Quã subito uiua reddat quæ ꝓcul ab ipso mortua putabantur. Neque munera Solis animaduertit, quibus solus ipse facit, quod stellæ

cunctę cõficere nequeũt. Solẽ igitur uel Phoebum Musarũ/idest/intelligẽtiæ ducẽ una cũ Platonicis atq; Dionysio imaginẽ Dei cõspicuam esse cõclu de. Esse quoq; Phębem .i. Lunã imaginẽ Phoebi/ ferme queãdmodũ ille Dei. Et ut inqt Hipparcus/ hãc esse Solis speculũ: uidelicet/incidẽs sibi a Solẽ lumẽ/ad nostra deflectens/ imprę sentia disputare nõ expedit. Neq; tamẽ pretermittere decet cõpara tionem illã Platonicã/alibi latius a me descriptã. Quemadmodũ Sol & oculos generat & colores: oculisq; uim prębet qua uideãt: coloribus qua ui deantur: & utrosq; in unum lumine cõciliante con iungit/ita Deus ad ĩtellectus oẽs resq; ĩtelligibiles se habere putatur. Spẽs enim rerum ĩtelligibiles & ĩtellectus oẽs ipse procreat: atq; uirtutẽ inuicẽ agẽ di prębet utrisq; propriã semel atq; naturalẽ. Circũ fundit insup assidue cõe lumẽ. Per quod uirtutes & ĩtelligibilium & intellectuũ ad actum mutuũ ex citat/copulatq; agẽdo. Quod sane lumẽ in rebus quidem ĩtelligẽdis ueritatẽ/in mẽtibus aũt scientiã Plato nũcupat. Putat insup ipsum bonũ .s. Deum ita saltem hæc oĩa supare/sicut Sol lumẽ & oculos & colores. Sed ubi Plato Solẽ inquit omne uisibile superare: proculdubio supra corporeũ Solẽ/incor poreum auguratus est solẽ. Diuinũ .s. intellectum. Quoniam uero ab imagine ad exemplar partim adimẽdo quod deterius est/partim addẽdo quod

melius ascendere licet/deme si placet Soli cui mate riam subtraxit Auerois/tu certam similiter q̃titatẽ. Sed interea cũ luce relinque uirtutẽ/ut supsit lumẽ ipsum mirifica uirtute refertũ: nec quãtitate certa/ nec figura aliqua definitũ. Ideoq; imensũ imagina tione spatiũ sua circũ præsentia tangẽs. Ita tunc ex cedens intelligentiam/sicut in seipso nunc exupat aciem oculorũ: Hac ferme ratione deum qui i Sole posuit tabernaculũ suũ/ex Sole ꝓ uiribus iuenisse uideberis. Deniq; sicut nihil alienius est a luce diui na/q̃ materia prorsus iformis: ita nihil a luce Solis diuersius est/q̃ terra. Ideo corpora i quibus terrea conditio præualet/tanq̃ ineptissima luci/lumẽ nul lum intus accipiũt. Nõ quia sit impotens lumẽ ad penetrandum. Hoc enim dum nõ illuminat intus lanam/aut folium/interim penetrat momento chri stallum: alioquin difficilius admodum penetratu. Ita diuinum lumen etiam in tenebris animæ lucet: sed tenebræ non comprehendũt: Nõ & hoc habet simile deo? Quod deus angelicis beatisq; mẽtibus scientiam diuinorum prius inserit: mox amorem. Animis uero nostris hic utrunq; credentibus amo rem accendit purgantem atque conuertentem/an teq̃ diuinorum intelligẽtiam largiatur. Ita Sol per spicuas ubique purasq; naturas. q. iam cęlestes mo mento prorsus illuminat: opacas uero materias in eptas luci calefacit prius/& accendit: atq; subtiliat/

mox illuminat. Atq; tam calorem q̃ lucẽ iam leues & ꝑuias. Nonnunq̃ eleuat ad sublimia. Hinc Apol lo radiorũ aculeis Pythoneam molẽ trãsfigit/ pur gat: dissoluit/ attollit. Neq; uero prætermittere fas est: ꝙ queãdmodum speramus Christum tandem in suo regno uenturum: & splendore sui corporis exundãte humana e terra corpora prorsus suscita turũ: ita post hiemem letalem quotannis expecta mus Solem in Ariete regnantem/ semina rerum in terris. q. iam mortua & animalia semiuiua ad uitã & pulchritudinẽ statim reuocaturum. Hinc Mercu rius tanq̃ Solis Achates caduceo quodam excita re dicitur dormientes. Et Plato resurrectionẽ quan dam quasi similẽ in libro de Regno describit.

Sol primo creatus/ & ĩ medio cælo Cap. X.

q Veritur inter hæc qd potissimũ primo deus creauit. Respõdet Moses/ lucem. Merito. n. ab ipsa diuina luce plusq̃ intelligibili statim ema nat lux omnium simillima deo. Lux quidem intel ligibilis in mundo supra nos incorporeo/ idest pu rissimus intellectus. Lux aũt sensibilis in mundo corporeo. i. lux ipsa solaris. Sed hæc forte primo quidẽ sui gradu tanq̃ die primo/ id ipsum simplici ter habet/ ut luceat intus/ illuminetq; foris. Secũdo uero ut uirtute calefactoria tũ ipsa polleat: tũ cete ra uegetet. Tertio rursũ ut efficacia sua iussuq; dei seipsam propaget in molem. Quarto deniq; natu

rę ordinisq; gradu.q.die quarto: ut molē suam ita sortiatur in orbem/queādmodū diuinę intelligentiæ lux unde manauit/reflectitur in seipsam. Ideo Moses primo quidem die ipsam simpliciter lucē. Quarto uero lucē rursus solari hac.i.orbiculari figura prędiťam asserit procreatam. Plato quoq; bis Solis constitutionem repetit in Timeo. Primo quidem in numero planetarum.q.consortem. Secundo diuinitus mirabili pręceteris luce regiaq; auctoritate donatum. Solem pleriq; astronomorum in exordio mundi ad Orizontē primo habitabilē tradunt in Ariete regno suo/mediū cælū uelut arcem atq; caput tāq̄ regē cęlestiū tenuisse. Moses quoq; ubi ait/factū esse diē unū nō mane q̄dē & uespere! Sed uicissim uespere atq; mane/designat post meridiē/quo Sol est accēsus/diē iam natū deinceps ī uesperā declinare/sequēti mane cōplendū. Auctoritatem ꝑfecto Solis regiā cōfirmauit: ubi primū ī mūdo diē dominicum assignauit.i.Solarē. Si.n.deus mundum sex quidem diebus absoluit/& septimo conquieuit: nimirum ab ipso Solis die/idest/potestate Solari mūdi uideť auspicatus exordia. Saturnū uero a Sole remotissimū generationibus actionibusq; iudicauit aduersum: ubi Saturni die præcepit ab actione uacandum. Nōne & auctor ille uitæ Xp̄s quē expirantē Sol e medio cęlo quasi Vates obtenebrato uultu defleuerat/rursum die & hora

Solis resurrexit ex mortuis/ita lucem nobis intelligibilẽ sicut Sol uisibilem redditurus.

Duo Solis lumina. Apollinis munus: Gradus luminum. Sol diuina oĩa refert. Cap. XI.

s I Solem excogitemus ĩ prima illa naturę suę proprietate/quam primo creationis suę momẽto sortitus est/tanq̃ numeratus in cõsortio planetarũ: Cognoscemus naturalẽ primãq; lucẽ eius non fuisse tantã primo q̃ta mox euasit. Nõ.n.tantum stellas cęteras magnitudine superat: q̃tũ lumine. Nã magnitudinẽ quidẽ Iouis minus q̃ duplo/lucem uero forte centuplo superat. Horũ quãtitates certe cõpatiõe terrę cẽsent̃. Quotiẽs uero Sol terram cõtineat/diximus ab initio. Iupiter ꝑfecto quinquies atq; nonagies terram adequare putat̃. Aliud igit̃ & aliũde prorsus eluxit lumẽ hoc immensum/naturali Solis luci desup additũ. Oĩa sane cælestia ꝓpriũ lumen nascẽtia secũ attulerũt. Sed uel exiguũ uel nobis occultũ: siue raritate quadã & cãdore: siue alia de causa lateat. Simile qddã lumen pauloq; ꝑ magnitudine sua maius ab initio Sol secum attulisse uidet̃. Verũ præter ꝓprium illud natiuumq; lumẽ/ut ita loquar/obscurum: statim aliud hoc oculis patentissimum lumen diuinitus est adhibitum/tanq̃ expressior quædam intelligentię diuinæ & largissimę bonitatis imago Deus ut Theologi nostri tradũt/geminum mẽtibus dedit lumẽ.

Primũ quidẽ naturaliter his accensum. Secũdũ ue
ro iam quasi ꝓ meritis necnõ gratis insup additũ/
largitate mirabili beatas efficiens. Cum igiṫ stellæ
mentium sint imagines/cõsentaneũ est/has duo si
militer lumina suscepisse. Quemadmodum uero
deus lumẽ hoc ingẽs i Sole lumini Solis primo mi
rabiliter addidit: ita Sol statim uicarius in hoc offi
cio Dei hoc additũ sibi lumẽ natiuis stellarum lu
minibus addit. Immo uero sicut solemus lumen
quod apparet i Luna/nõ ipsius Lunæ: sed Solis lu
cem dicere p Lunã ad nos usq; demissam/ita secre
tissima Platonicorũ rõne dicemus/splendorẽ tãtũ
in Sole patẽtẽ/nõ ex ipso q̃dẽ: sed ex Deo p ipsum
ad cuncta procedere: tanq̃ nõ globi illius: sed Dei
ipsius lumẽ: ita iam oculis manifestũ. Deus profe
cto dũ solarẽ globũ exiguã cęli particulã tãto splẽ
dore cõpleuit: ut ex uno fulgor exuberaret in oĩa/
absq; dubio declarauit/& corpusculũ Solis tam in
cõparabile munus nõ ex se/sed desuper accepisse/
& ex uno Deo Solis Sole cuncta prorsus bona per
oĩa ꝓpagari. Quẽadmodũ uero lumẽ hoc in Sole
sensibile/sensibilia oĩa sensusq; collustrat/& uege
tat/& format/& ad superiora cõuertit: ita intelligi
bile quoddã in ipsa Solis aĩa lumẽ/intimos aĩorũ
oculos illuminat/& accendit/& reuocat. Hinc Solẽ
apud Theologos ueteres Apollinẽ arbitror nomi
natum/ & harmoniæ oĩs auctorẽ: Ducẽq; Musarũ.

Quoniã aĩos non tã manifestis q̃ occultis influxi bus radiorũ a cõfusa quadã turba resoluat/ & har monice modereř: atq; ad ĩtelligẽtiã postremo pdu cat. Neq; uero putãdũ est lumẽ hoc amplissimũ ef ficacissimũq; & inter mũdana datũ pręceteris optĩ mũ donũq; pfectũ/ originẽ primã ab exiguo Solis corpore ducere: Sed ab ipso bono tanq̃ patre lumĩ nũ: in quo qcqd ẽ luminis: certe plus q̃ ĩtelligibile est oẽm prorsus excedẽs intelligẽtiã. Sed inde ĩ di uinũ siue angelicũ intellectũ mox descendẽs/ intel ligibile iam euadit. Deinceps ĩ aĩę mũdanæ mentẽ ueniẽs/ ĩtellectuale mox/ & insup imaginabile iam efficiř. Subinde in cęlũ transiens/ sensuale fit simul atq; sensibile. Deniq; ad ĩferiora demissum iam. q. diuidiř/ & alicubi qdẽ sensuale fit. i. in oculis ani mantiũ. Alibi uero sensibile. i. obiectis. In paucis aũt seruat utrunq;: & his quidẽ nocte uidentibus. Sed reuertamur ad prima. Tria Platonica pĩcipia ponũt. Ipsum bonum. Diuinum ĩtellectum. Mun di animam. Lumen unicum pręceteris palam hæc oĩa refert. Ipsum quidẽ bonũ pręfert. Quoniã dũ cũcta mirabiliter antecellit/ interim p oĩa se diffun dit: & ad sublimia reuocat/ excellentia interim sua mirabiliter & puritate seruata. Intellectũ uero diui nũ: quoniã declarat oĩa/ & distinguit/ & ornat: Ani mã quoq; mundanã/ quoniã almo calore generat oĩa/ fouet/ & uegetat/ atq; mouet. Rursus quemad modũ ex tribus sup cælũ mũdi principiis ĩ cęlũ de

ſcendit/atq; ſub cęlũ/refertq; ubiq; parẽtes. Ita ĩ cę lo qdẽ p Solẽ reprę ſentat ipſũ bonũ. Intellectũ uero diuinũ.i.plenitudinẽ Idearũ p firmamẽtũ ſtellarum plenũ: Animã deniq; mũdi.q.mobilẽ p Lunã luce mutabilẽ: Similiter & ſub cælo primũ quidẽ p ignẽ: Secundum uero p aerẽ: Tertium poſtremo p aquã. Deniq; quẽadmodũ ſtellæ qdẽ ſupiores immutabiliter illuminanṫ a Sole: Luna uero mutabiliter inde lumẽ accipit: ſic & angeli a Deo ĩmobiliter: animę uero mobiliter illuſtrantur.

Similitudo Solis ad Trinitatẽ diuinã & nouẽ ordines angelorũ. Item de nouẽ numinibus in Sole/& nouem Muſis circa Solem Cap.XII.

n Ihil ĩ mũdo diuinę Trinitati repiṫ Sole ſimilius. In una.n.Solis ſubſtãtia tria q̃dã inṫ ſe diſtĩcta ſũt/pariṫ & unita. Primũ qdẽ naturalis ipſa fęcũditas ſẽſibus noſtris ꝓrſus occulta. Secũdũ manifeſta lux eiuſdẽ ex ipſa fęcũditate manans/ipſi ſẽp æqualis. Tertiũ ab utroq; calefactoria uirtus/penitus par utriſq;. Fęcũditas igiṫ patrẽ refert. Lux uero ĩtelligẽtię ſimilis/filiũ intelligẽtię mõ cõceptũ. Calor amatoriũ ſpũm repreſẽtat. Circa diuinam Trinitatẽ theologi noſtri tres angelorũ Ierarchias excogitãt/quãlibet tres ordĩes cõtinẽtẽ: Primã patri: Secũdã filio: Tertiã ſpũi cõſecratã. Similẽ quoq; circa ſolarẽ trinitatẽ/nos ternariũ ĩuenimus atq; nouenariũ. Siqdẽ ex ipſa Solis natura fęcũda

tres naturales fęcunditates per cuncta procedũt. Prima quidẽ inde fit in natura cęlesti. Secũda uero ĩ simplici elemẽtorũ natura. Tertia deniq; ĩ natura mixtorũ. Rursus ex uitali calore solis passim ultra naturas ꝓpagat̃ & uita: eaq; trina. Prima qdẽ uegetalis in plantis. Secũda uero sensualis ĩmobilis in Zoophytis. Tertia sensualis atq; ꝓgrediẽs in pfectioribus. s. aĩalibus. Ex luce deniq; Solis tres fulgoris spẽs deriuant̃/siue p cælũ/siue sub cęlũ. Aut. n. oĩo cãdidũ lumẽ est/aut oĩo rubens/aut mixtum. Cũ uero lumẽ & simillimũ &. q. prĩcipiũ cognitionis existat/præcipue sensualis/merito tribus luminis spẽbus tria quoq; sẽsuũ genera respõdere uidẽtur: Rubori qdẽ sensus oĩo corporei/tactus uidelicet/atq; gustus: Cãdori uero sensus plurimũ incorporei/imaginatio. s. atq; uisus: Sed lumini mixto sensus quoq; ĩter ĩcorporeos corporeosq; medii: auditus. s. & olfactus. Hactenus Solis lumẽ nõ solũ imago ẽ eiusmõi rerũ: sed & causa. Purę uero intelligentiæ solũ est imago: Sicut. n. intelligẽtia pura momento peragit/& profunda penetrat/atque declarat: ipsa interim nulli permixta/sublimis existens: ita lumen momento per omnia se dilatat/& singula patefacit: indiuiduũ simul ẽ ubiq; totum/nulli permixtum. Siquidem abeunte Sole nemo mentum quidem lumen in aere permanet: Suum nanq; Phoebũ passim comitat̃ euntẽ. Sed quoniã

nescio quomõ hic sub hoc Apolline quasi poetæ sumus/ & si non boni/ liceat parũp confabulari. Primo qdẽ de diis (ut Platonice loquar) supioribus. Deinde de Musis nouẽ ueteres ĩ Sole numina collocarẽt. Nã aut substantiã eius cõtẽplamur: aut uires. In substantia/ essentiã: uitã intelligẽtiam: essentiam cælum: uitã Rheam: intelligẽtiam uero Saturnũ eorũ more cognominamus. Si uires Solis post substãtiã contẽplemur/ fęcũditatẽ quidẽ eius Iouẽ nominabimus & Iunonẽ: lucem uero Apollinẽ & Mineruã: calorem deniq; Venerẽ atq; Bacchũ. Iam uero Phoebũ & Bacchũ qui pręceteris in Sole plurimũ dominantur/ antiqui semp iuuenes exprimebant: quoniã siquis nouerit lucẽ calorẽq; Solis/ ea sinceritate prorsus/ & ꝓprietate/ qua illic existunt/ suscipere ad usũq; suũ & modũ accõmodare/ iuuẽtutem inde ꝑpetuã reportaret: uel saltẽ cẽtũ atq; uiginti Solis annos impleret. Verũ post nouẽ hęc numina intima Soli/ ad nouẽ circa Solẽ Musas ꝓgrediamur. Quid igiť nouẽ circa Phoebum Musæ: nĩ si nouẽ Apollineorũ genera numinũ per sphæras mũdi nouem distributorũ? Octo nãq; cælos tantũ ueteres cognouerunt. Sub igne uero cælesti: quasi nonum cælũ aerẽ purũ adhibuerũt/ qualitate uidelicet motuq; cælestẽ. In qualibet uero sphęra diuinos spiritus oculis occultos disposuerunt/ gradatim stellis singulis dedicatos: quos Proculus etiã

angelos/ & Iamblichus insuper archangelos prin cipatusq; cognominãt. Sed q inter eos ubiq; pręci pue sunt solares/ antiquiores appellauere Musas scientiis quidẽ omnibus pręsidẽtes: maxime uero Poesi/ Musicæ/ Medicinæ/ expiationibus/ & oracu lis/ atq; uaticiniis. Iam reuertamur ad Solẽ. Mini ma queq;/ si mõ rarissima sint/ inepti nimiũ admira mur. Consueta uero uel maxima cęci pariter & in grati iãdiu admirari desiuimus: Nemo miratr ignẽ instar cęli Solisq; feruentẽ sine mixtura purissimũ perpetuo mobilẽ: Lõge lucẽtẽ: ex minimo statim maximũ: dum oĩa in se cõuertit. Nemo Solem q̃tũ fas est/ miratr incõparabiliter oĩa superantẽ/ genito rem oĩum atq; moderatorẽ. Solẽ exhilarãtẽ tristia: nõdum uiua/ uiuificãtem: Iam mortua suscitantẽ. Verum si semel quotannis pãderetr domus omni potentis Olympi: splendorq; subito tãtus suspice retur: Solẽ supra modũ oẽs solũ admirarentr. Solẽ oẽs uel tanq̃ summũ Deũ suppliciter adorarẽt: uel saltem diuinitus missum minime dubitãtes/ Deo quãuis occulto tãti muneris auctori/ ingẽtes quo tidie gratias agerẽt. Iãblichus igitr Iulianusq; Pla tonici iubent noctẽ fingere absq; ullo Lunæ stella rumq; lumine: quo Solis quoq; donum est mani festum. Vt certius cognoscamus quid absque So le futuri simus. Quantum huic soli supernoq; de beamus.

Solem nõ esse adorandum tanquam rerum oium auctorem Cap. XIII.

S Ocrates in castris sæpe sub diuo Solẽ suspi ciens orientem stetit attonitus i eisdem ue stigiis/imotis mẽbris/in cõniuẽtibus oculis/statuę more/quousq; Solẽ salutaret iterũ resurgentẽ. His ergo Platonici similibusq; signis adducti Socratẽ forte dicẽt Phębeo quodã Dęmone statim ab ipsa pueritia ductũ/Phębũ ipsũ uenerari sũmope cõsue uisse. eadẽq; rõne sapiẽtissimũ gręcorũ oium Apol linis oraculo iudicatum. Ego uero qd de Socratis Dęmone seu genio/siue angelo affirmãdũ maxie uideaṝ/impręsẽtia prętermittã. Id certe ausim affir mare/Socratẽ in eo mentis excessu nõ Solẽ quidẽ hũc admiratũ fuisse: sed alterũ. Cũ. n. admirationẽ sola nouitas afferre soleat/qd tãtũ stupeat hũc ad mirabũdus Socrates: quem & quotidie uidet? Cu ius & motus oẽs uiresq; iãdiu mathematica simul & physica rõne cõprehenderat. Quẽ teste Platone nõ deũ primũ: sed dei filiũ appellauit. Nõ filiũ inq̃ dei primũ: sed secũdũ iãq; uisibilẽ. Primũ nãq; dei filiũ nõ Solẽ hũc oculis manifestũ: sed alterũ hoc lõge supiorẽ intellectũ. s. primũ solo cõtẽplabilem intellectu. Socrates igiṝ Sole cælesti nõnũq̃ admo nitus/Solẽq; inde supcęlestem auguratus/& illius maiestatem cõtẽplabaṝ attentior/& patris illius in cõprehẽsibilem bonitatẽ admirabatur attonitus.

Hunc Iacobus apostolus patrē luminū appellauit: luminū inq̄ plusq̄ cælestiū atq; cęlestiū. Apud quē nō sit transmutatio/atq; uicissitudinis obūbratio. Nā & supcælestia illa facta putat naturaliter mutabilia: & cælestia multa quoquo modo obumbrari nō dubitant: Subcęlestia uero quotidie. Quāobrē omne datū optimū. s. menti naturaliter insitum/ & omne donū pfectū/uidelicet/post naturales dotes adhibitū nō a Sole hoc stellisq; mūdanis/sed altius ab ipso patre luminū descēdere censet. Nam intelligētię uiribus. q. gradibus quibusdā nō qdē cęlitus/sed desup acceptis freti/sup cęlos ascendimus: ibiq; multa cęlis præstantiora cognoscimus/ & amamus/& colimus: ipsumq; cęli fabrū ante oīa ueneramur. Neq; tamē possemus intelligētia incorporeum aliquid cęloq; melius intelligere/uel amare/si cęlitus tantū intelligentiā haberemus. Iam uero ne quis Solē/ Lunā/ stellas/nimiū admiratus & adoraret/& tanq̄ ītellectualium munerū auctores & patres uenerarer̄/prudēter admonuit/Solē hūc nō esse uniuersi principium. Missas impręsentia faciam rōnes: quibus in Theologia nostra principiū uniuersi nec corpus esse/nec animā/nec intellectū: sed aliqd admodū excelsius affirmamus. A quo quidē Sol cælestis lōgissime distat: ut umbra quędam illius esse iudicetur potius q̄ imago. Rōnes aūt quas Iacobus hic attingit/breuiter impręsenti

perſtringam. Cũ ſtatus tanq̃ pricipium & rector fi
niſq; motionis ſit omni motu pfectior/certe deus
ipſe principiũ & finis & rector oĩum/ mobilis eſſe
nõ põt. Sol aũt eſt aſſidue mobilis. Præterea princi
pii uirtus tanq̃ ĩmenſa fortiter attingit omnia: nec
uſq̃ cohiberi põt. Solis ãt uirtus p radios agẽs præ
peditis paſſim radiis impedit̃: defectum patit̃ obie
cta Luna. Sæpe nubibus cohercet̃. Terrena denſita
te repellit̃. Diſtãtia loci debilitat̃. Sol ipſe qnetiam
minima quædam eſt particula mũdi. Anguſta qua
dã ſede tenet̃. Trahit̃ a ſphæra: rurſumq; retrahit̃.
Contraq; ſperæ ppriæ impetũ a ſphæra ſemp ſupio
re reuoluit̃: contrariiſq; ſignis impedit̃ & ſtellis: &
aſpectu (ut ita loquar) malorũ nõnunq̃ debilitat̃.
Deniq; principiũ uniuerſi oĩa ubiq; & ſemper/& in
oĩbus operat̃. Sol autẽ nec mũdi globos ipſe facit:
nec quæcunq; frigida uel humida ſunt uel dẽſa. Si
miliaq; ipſe uirtute ppria põt efficere. Neq; ſimiles
ſiquæ ſũt in cælo uirtutes/ullã a Sole ducunt origi
nem. Ceterũ q̃uis Sol ab auctore mũdi longiſſime
diſtet: cæleſtia tamẽ oĩa ad Solẽ unicũ. q. rectorẽ in
cælo menſurãq; diuinitus redacta uident̃. Vt hinc
prorſus admoneremur/oĩa quæ in cælo ſunt & ſub
cælo: & ſup cælũ/ad unũ cunctorũ principiũ referri
ſimiliter: Idq; cõſiderantes tandẽ hoc ipſũ ea ſaltẽ
obſeruãtia ueneraremur/qua cæleſtia Solem.

FINIS

ci



Marsilii Ficini Florentini Prohemium in Librũ de lumine Ad Magnanimũ Petrum Medicem.

c VM opusculũ de Sole tibi clarissime Petre destinauissem: memini paulo post iandiu me de lumine libellũ cõposuisse. Itaq; decere ꝓsus existimaui/ut lumen illud Solẽ hũc suũ mox sequat̃: q. ducẽ. In terris qdẽ primus illucescẽtis auroræ fulgor/Solem præcedit e uestigio surrecturũ. Sed ĩ cęlo uicissim Sol ipse pater splendorem antecedit ex ipso manantem. Ordinem eqdem terrenũ iãdiu secutus lumen priusq̃ Solẽ sum/nescio quõo contẽplatus. Nũc uero uicissim cælestẽ ordinẽ imitatus/Solẽ lumini patrẽ nato/ut par fuerat/ante posui. Neq; uero ĩ hoc libro uel ĩ præcedẽte cõsiliũ fuit minutiores mathematicorũ de Sole uel lumĩe questiones curiose ꝓsequi: Sæpe nõ tã utiles q̃ certe difficiles. Sed horũ potius exẽplis compationibusq; qbusdã quasi gradibus mores animi cõtemplãdi regulas diuina mysteria ꝓ uiribus asseq. Siqdẽ nullũ ad hęc plane ꝑspiciẽda certius uel inditiũ uel argumẽtũ est q̃ lumen. Nobis.n. cælestis ille pater phębea lustrauit lãpade terras: nõ quidẽ ut sub tanto lumine/ut ita dixerim/muscas aucupemur. Sed nosipsos & patriã nostrã patrẽq; celestẽ suspiciamus: ꝑ eiusmõi uidelicet lumẽ diuina uidentes quasi ꝑ quoddã speculũ in enygmate: alias aũt per

lumen excelsius facie ad faciem quandoq; uisuri.

Marsilii Ficini Floretini: qd sit lume in corpore mundi in aia: in angelo: in deo: discursio p oes sensus Cap. primum.

o Di maxime oium tenebras/ quaru culpa displi cet mihi queciiq; displicet: uel q cum illis sint: uel q ab illis labetia relabant/ deprimatq; ad illas. Amo ate oia lume/ cuius gratia & cetera diligo/ uel q cu illo sint: uel q ab illo fluetia refluat/ reducatq; ad illud. Ergo nutiate mihi mei sensus/ q cetera pe ne innumerabilia nuntiatis. Nutiate mihi obsecro quid sit lumen. Respondet auditus. Aereus sum/ satis esto/ si sonos tibi aereos nuntiem. Respodet & odoratus. Equidem no sum adeo lucidus: uapo reus sum/ a me disce uapores. Quid aliena quæris a me gustus ait? Nato eqdem i liquore: indico tibi liquores. Noli a me/ dicit tactus/ extorquere quod nequeo. Corpulentus sum: corpulenta nuntio: Al tius quære lumen.

Descriptio luminis uisibilis Cap. II.

h Inc admonitus ab infimo quo ceciderã/ ad altissima mei corporis nuc ascedã: ut ide lu me leuius altiusq; cũctis accipiã. Eia agite oculi mei lucetes/ p lumen illud obsecro/ quo preceteris imo quo solo delectamini tatu/ idicate regine uestre roi qd sit lume. Respodet subito uisus: splédidus ego spus su & splédor su spiritalis. Quo circa cum a me

iure propria officia postules, largior libentissime quantũ habeo. Lumen ẽ spiritalis quedã & subita & latissima a corporibus naturæ eorũ sine detrimẽto ꝓprio emanatio. Nitoris. s. cuiusdã a diaphanis idest, transpicuis. Coloris autẽ ab horũ oppositis: quantitatis figuræ, motusq; ab oibus. Cõgrega in unũ omne colorum genus. Quid erit hoc uniuersum? Nisi lux quædã omnicolor: siue lumen factũ in solidiore obscurioreq; materia terrę iam opacũ. Segrega terrã illi permixtã. Quid erit reliquũ? Nisi qualitas quædã imo claritas actusq; ꝑspicui, sicut color est actus opaci. Color q̃dẽ lux ẽ opaca. Lux aũt color clarus: imo ꝑspicui corporis colorumq; flos quidã & uigor quasi unicolor actu, uirtuteq; omnicolor. Forte uero & abeũte lumine nõ sũt colores. Siq̃dẽ sint lumẽ ipsum iam uariũ: alibi uidelicet aliter affectũ atq; reflexũ. Forte ẽt ĩ uirtute luminis semꝑ sũt ipsi colores: alibi aliter explicãdi.

Nihil clarius q̃ lumen ac Deus. Nihil obscũrius. Cap. III.

a Dumbratio hęc est, o, mei oculi, potius q̃ pictura. Nihil unq̃ audiui obscurius definiri. O rem ualde mirã. Quo nã pacto fieri põt? Vt nihil sit obscurius lumĩe. Quo nihil ẽ clarius, quando ꝑ illud clarẽt, declaranẽq; oĩa. Ascẽdã igiẽ hinc ad sublimẽ mẽtis speculã, ut saltẽ hoc uideã inde, preter quod aliud q̃cq̃ alicubi uidere nõ possum.

O mens quę recte cũcta metiris, dicito mihi nũqd forte lumẽ est ipse Deus: quo etiã nihil clarius est, nihil obscurius. Nihil clarius q̃ deũ esse, esseq; ad sũmum potentẽ sapientẽq; & bonum. Hoc.n.auribus nostris quęcũq; ab eo sunt facta ꝓclamant: Vt nemo sit surdior illo, qui tãtum rerũ oĩum sonitũ strepitũq; nõ audit. Nihil cõtra obscurius, q̃ quid sit deus: ut nihil sit tenebrosius illo, qui sibi opinatur hoc esse clarissimum.

Lux intelligibilis est intelligibiliũ causa: uisibilis uisibilium. Cap. IIII.

r Espondet mens Deum esse patrem luminũ. Apud quẽ nõ est transmutatio: ꝑ quã extinguať, uel minuať. Neq; uicissitudinis obũbratio, ꝑ quã uel uicissim subeat noctẽ: uel patiať eclipsim. Respõdet rursus, Deum eẽ lucẽ, in qua tenebræ nõ sũt ullę. Idest formã in qua nihil est informe. Formositatẽ quoq; in qua nihil est deforme. Deus certe sicut mens quæ radius eius est, mõstrat: lux ẽ inuisibilis: infinita: ueritas ipsa ueritatis cuiusq;, rerumq; oĩum causa: Cuius splẽdor imo potius umbra est lux ista uisibilis atq; finita, causa uisibiliũ. Quoniã uero lucis ueritatisq; natura est, ut ceteris alia uere declaret, Deo cũcta ꝑ se uere clareq; cõspicua sũt. Perinde ac si uisibilis lux, cũ sit oculorũ uisibiliũq; fons, seipsam intueať tanq̃ omnicolorẽ: atq; in se colores oẽs sensibiliaq; oĩa uideat.

Lumen uisibile: rationale: intelligibile: diui num Cap. V.

u Erũ ad tã sublimẽ speculationẽ haud tã repẽ te ꝓsiliendũ/ sed gradatim ascẽdẽdũ mẽs ad monet: ne caligare cogamur: ac splẽdore nimio oc cecari. Noli ratio cõfidere sensibus. Visus tibi nõ sa tis nuntiat. Ceteri nullo modo. Visus qa sensualis lux est/ tantũ sensibilẽ accipit datq; splẽdorẽ. Atq; conuerso/ quia sensibilẽ accipit datq; splẽdorem/ hũc sensualẽ quãdã lucẽ esse cognoscis: ultra uero inde non licet ꝓgredi. Sed hinc a me discito/ primũ quidẽ me. s. intelligentiã/ esse lumẽ quoddã intelle ctuale: quãdoqdẽ obiectũ meum est itelligibile lu men: quod i qualibet re quærẽda quæro: & reperta repio. Siqdẽ lumen cuiusq; rei & ipsius ueritas idẽ. Veritas est lumẽ intimũ: lumẽ ueritas se ad extima fundens. Discito deinde te. s. rõnẽ esse lucẽ quãdã rõnalẽ rõnẽq; lucẽtẽ. Siquidẽ rõnẽ lucis tanq̃ origi nẽ tuã/ ratiocinãdo tanta auiditate perquiris. Sed uis rõnẽ lucis cõmodius assequi? In luce cuiuslibet rõnis eam querito. Ibi est ratio lucis/ ubi & omniũ. In ueritate sũma/ quæ & ipsa sũma certitudo & cla ritas est/ repies ueritatẽ lucis/ & claritatẽ: Siqdẽ idẽ est huius lucis quam queris claritas atque ueritas. Quid lux in deo? Immẽsa sue bonitatis ueritatisq; exuberãtia. Quid i angelis? Intelligẽtie certitudo

a deo manans: ꝓfuſũq; gaudiũ uolũtatis. Quid in cælestibus? Copia uitæ ab angelis: Virtutis explicatio a cælo: Riſus cæli. Quid in igne? Vitalis quidã uigor a cælestibus inſitus / & efficax propagatio. Deĩde in iis quæ ſenſu carent effuſa cælitus gratia. In ſentientibus exhilaratio ipſius ſpiritus ſenſusq; uigor. In omnibus ſummatim intimæ foecunditatis effuſio. Vbique diuinæ ueritatis bonitatisq; imago.

Quibus rationibus a luce uiſibili ad inuiſibilẽ aſcendamus Cap. VI.

u Erum ne forte fingere ꝑ arbitrio uideamur ubi ſubſtãtiã quandã lucis incorporeę penitus / & diuinæ totiens affirmamus / conſiderationę dignum eſt / lucem hanc oculis manifeſtã / eſſe non poſſe primam. Tum quia proportionem aliquam habet cum corporeis oculis omnibus / uel quibuſdam: tum quia mobilis eſt / atq; eſt in alio / & ex aliquo pendet. Ad aliquam ergo ſuperiorem lucem aſcendẽdũ eſt / eiuſmodi conditionibus abſolutã. Per ſe iam & in ſe exiſtentem penitus ĩcorpoream. Quãdoquidem & hęc manifeſta nobis propemodum incorporea eſt / imaginumq; ſimiliter ĩcorporearum cauſa: nec ullis aſtricta dimenſionibus uel diuiſionibus uel mixturis. Vnde conſtat ex mole uel forma / uel uirtute corporea originem primam

habere nõ posse: hãc igit̃ hẽt a luce corporibus altiore ac supra modũ ãpliore/ ut ita dixerim/ atq; clariore. Siqdẽ materia uel cælestis ita lucẽ illic obfundit diuinitus descẽdentẽ/ sicut sub cælo caliginosa moles susceptũ cælitus lumen obtenebrat. Quãobrem opępretiũ est/ & hoc sub luna lumẽ a caligine/ & cæleste illud a materia segregare: & illinc ad lumen supcęleste cõscẽdere: illinc rursus a rõnali luce ad intellectualẽ: ab hac ad intelligibilẽ: ab hac ꝑ ui ribus ad diuinã: ut reuelata facie ducti uidelicet a domini spũ a claritate gradatim ĩ claritatẽ in eãdẽ imaginẽ trãsformemur.

Ad numinũ gaudiũ cęlestes ipsorũ oculi rident splendore motuq; gestiunt Cap. VII.

p Ostq̃ uidemus a cælestiũ radiis q a supcælestibus ꝑ cælestia tanq̃ ꝑ uitra quædã ad nos descẽdũt cũctis dari pfectionẽ suã: uitã: sẽsũ: certitudinẽ: gratiã: atq; letitiã. Necessariũ est lucẽ ĩ spiritibus sup cælũ esse formę ipsorũ pfectionẽ/ fęcũditatẽ uitę: pspicaciã sẽsus/ clarissimam uerissimæ ĩtelligẽtiæ certitudinẽ/ gratię copiã/ gaudii ubertatẽ. Horum oĩum imago est splẽdor cæli: ĩmo ad horũ claritatẽ tanq̃ umbra: qa minus põt corpus cæli exacte claritatẽ spũs imitari. q̃ terra cęli fulgorẽ. Ad ipsũ mirabile cęlestiũ gaudiũ cęlũ quasi corpus eorum/ ĩmo quasi oculus eorũ (oculũ .n. Orpheus Solem appellat) ridet splẽdore: motuq; exultat: sicuti terra tãq̃

ab illis remotissima luget tenebris: situq; torpet & ocio: neq;.n. putãdũ ẽ cęlũ moueri uel ui aliq̃/uel defectu: cuius motus natura ꝑpetuus ẽ: locũq; na turalẽ nõ relinquit: substãtia quoq; absolutissima/ a qua nihil discedit sui/ Sed quodã excessu lętitię/ ob quã gestiẽs quiescere nesciat. Ad gaudentiũ nu minum cantũ/ut Pythagorici arbitranẽ/sphęre cho reas ducũt. Vnde ordinatissimis uariisq; motibus mirabilẽ cõficiũt harmoniã ad astrorũ risũ/q̃ præci pue radiis indicaẽ: ridẽt oĩa quę sub cælo sũt: quæ sup terrã: ad tenebras tãq̃ ad tristitiã oĩa merẽt. So lemus.n. ridẽtibus cõgratulari: flẽtibus cõtristari.

Risus cęli ex numinũ gaudio ꝓficiscẽs.i. lumen oĩa fouet atq; delectat Cap. VIII.

q Vod lumẽ sit risus cęli ex spũum cęlestiũ gau dio ꝓficiscẽs/indicãt hoĩes/ q̃ quotiẽs lætanẽ spiritu/ridẽtq; uultu/splẽdẽt certe intus/dilatanẽq; spũ/uultu quoq; splẽdere uidenẽ: oculis maxime qui maxime sunt cælestes/quiq; ĩ risu motũ cęli in star efficiũt circularẽ. In lugẽtibus aũt cõtra obtene branẽ: restringunẽ: torpẽt oĩa. Radii uero ex stellis ridentibus tanq̃ diuinarũ mẽtiũ oculis benignissi me letissimeq; directi ĩ semina rerum: nõ aliter oĩa fouẽt generãtq; q̃ struti aspectus in ouũ. Illorũ.n. uirtute calor naturalis cũctis inserit. Vnde uita ori tur/alitur: augeẽ. Hinc fit ut oĩa uoluptatẽ appe tant: quia nõ mõ uoluptate terrena/sed etiã cęlesti

letitia generant. Quis aūt neget numina lęto quodam affectu oīa mouere atq; generare? Cū & ab animaliū natura & ab arte oīa uoluptate ꝓcreari atq; perfici uideamus.

Lumen est incorporeum. Est forma/immo actus naturæ cęlestis. Esse potest sine corpore subdito. Est ubiq; etiā sub terris una cum diaphano Cap. IX.

[S]Ed iuuat interdū una cū nostro Plotino circa eadē latius ꝑuagari. Lumē quo momēto penetrat molle diaphanū/eodē diaphanū trāsuerberat uel durissimum. Item quo breue spatium: eodem quoq; longissimum. Incorporeum est igitur: cui neque duritia resistit: neq; spatium. Verūtamē quoniam est cæleste/ ideo obstaculum natura terreum atq; sordidum: et si minus durū sit/nō capit candidam luminis puritatem. Hinc Plotinus prohibet corporeas lumini tribuere passiones: idest/ accedere/ recedere/ diffluere/ refluere/ cōtrahi/ dilatari. Sed potius dicēdum putat/ubi coram lucido perspicuum quid exponitur/statim lumē illic existere: illic agere. Sin minus/non existere illic/non agere. Neque tamē simpliciter/esse desinere/q̄diu corpus est lucidū. Sicut neq; radius uisualis/q̄diu uisus. Lux quidem ē forma primi corporis prima. Itaq; tam perfecta: ut nō ꝑ modū ociosę qualitatis

cuiusdam ab actu distinctę: sed potius per modū uegetioris actus existat tam uidelicet efficacis, ut momēto per omnia sese porrigat, a fonte proprio non disiunctus. Preterea in quocunque sub cælo corpore præualet igneus quidam uigor igni cæle sti similis, emicat & inde lumē aut fulgor quidam q. familiaris color. Proinde cęli luminisq; natura, ut foueat omnia, non cogitur de integro per cun cta discurrere: si uerum sit paradoxon: hanc esse se mel cūctis infusam. Hinc Herus ille, qui apud Pla tonem surrexit ex mortuis, interea lumen inspexe rat, cęlesti uidelicet quodam uisu, sed oculis cadu cis occultum: Quod quidem per omnia prorsus extentum, regeret uniuersum. Luminis huius ue hiculum, idest, perspicuū Iamblichus ex Theolo gia phenicum asserit cunctis uel opacis infusum: siquidem his omnibus inest & color aliquis quę dam portio luminis. Lumen autem seorsum a per spicuo in opacis esse non potest: quanuis forsitan in se penes luminosum esse possit. Si secretum Ti mei sensū recte uaticinamur, ignē ipsū spūmq; cęle stem ꝓximū aię mundanæ uehiculū, simul cū hac ubiq; uigere cognoscimus. Hęc enī aīa motu qdē uitali calorem edit ubiq; atq; motum: intelligētia lumen, simulq; luminis uehiculum ubiq; diapha num: Neq; tamē proprie lucere terram licet dicere.

Siqdē neq; pſpicuū huic miſcet̄: neq; lumen cōmu
nicat̄ quanuis infuſum. Siquis aſtrologorū regu
la fretus cōſideret quantam uim habeant innume
rabiles ubiq; radii machinæ cæleſtis īmenſę ad pe
netrandam terram mūdi punctum/hinc ſaltem co
gnoſcet per hanc quoq; paſſim diffundi cęleſte lu
men atq; diaphanū illic lumini neceſſariū. Quan
uis oculis q̄plurimis hæc interra patere non poſ
ſint. Patent uero forte quibuſdā illic degentibus
animalibus. Aiunt enī Platonici/ſicut ſe habet fri
gus ad calorem: nigredoq; ad albedinem/ſic habe
re tenebras ſe ad lumē: ut tenebra non ſit priuatio
pura luminis: ſed lux minima uel opaciſſima. Ni
gredo minus opacū lumen. Perſpicuum. q. quędā
paulo clarioris lumīs īcohatio. Color quædā lumi
nis terminatio. Quod qdē una cū colore quodā
quodāmō ſit ubiq;. Tam. n. potēte tum aīę tū cęle
ſtium lumīe fieri: ut puris tenebris locus nuſq̄ pa
teat. Siqdē & calorē ad amplitudinē luce debiliorē
eē ubiq; ſub terrā/effectus multi teſtant̄. Pythago
rici forſan hinc adducti/neſcio quā in cētro mūdi
turrim Iouis ędificauerūt. Veſtalē certe (ut alibi di
ximus) ignē illic accenderūt. Auſi quoq; ſūt ppea
terram ſtellam quandam cognominare. Vna cum
his Theologi ueteres atq; Plato/quod & effectus
ipſi confirmant flumina quędā ignea p terræ mea
tus deriuauere: igneosq; illic dęmones inuenerūt.

Aliud lumen eſt/aliud calor/atq; lumen antece
dit calorem. Cap. X.

q Vod aliud fulgor ſit/aliud calor/pſpicuum
eſt. Nã fulgẽt ſiue nitẽt quæ nõ calẽt: ac etiã
frigida multa. Calida ſũt ẽt multa/quę fuſca: Calor
ignis penetrat ſępe qua nõ tranſit ſplẽdor: ꝓpagat̃
& ſplẽdor lõgius citiusq; multo q̃ calor. Quod ſit
calor a lumīe/inueniet quiſqs cogitabit/etiã in ſpi
ritibus intelligẽtiæ claritatẽ origine quadã antece
dere uolũtatis affectũ/ & in mũdi machina Solis ra
dios ſequẽtis caloris originẽ eſſe. In ſuperioribus
quidẽ regnat unio: in ſequẽtibus uero diuerſitas.
Itaq; in hoc apud nos igne/q̃uis calor in eodẽ cor
pore ſit/in quo & lumen/nõ tamẽ eſt in lumine: ſi
cut neq; elemẽtaliũ quies eſt in motu. In cæleſtibus
aũt eſt & in lumine calor quaſi lumẽ & ī cęli motu
eſt ipſa cæli quies/ut phyſice loquar. Deniq; ſuper
cælũ in ipſa intelligentia eſt uolũtas quaſi eadẽ. Et
in uoluntate gaudium uelut idem

Lumẽ nõ ſit illuminati qualitas/ſed ẽ actus illu
minantis. Neq; lumina confunduntur. Lumen
eſt uinculum uniuerſi Cap. XI.

c Vm uero lumẽ cauſa ſit caloris: neq; tamẽ ge
neris ſit eiuſdẽ/merito tanq̃ in ſupiori quo
dã genere conſtitutum/adeo hũc apud nos ẽt ante
cellit: ut ipſũ quidem a luminoſo corpore tantum
pendeat: ſed a ſubiecto patiente nequaq̃. Hic autẽ

utrinque dependeat. Lumen igitur ſolius illuminantis proprius & naturalis actus' exiſtit. Neque corporis illuminati fit qualitas: neque tam ineſt q̃ adeſt illuminato. Ideo neq; diaphani naturam permutat: neq; hoc per locũ mutato mutatur: neq; certum per hoc habet ſpatium. Occurrit enĩ ultra ſemper ſeipſum propagaturum: eodemq; momento reflexiones multiplices agit. A ſpeculis ĩ ſpecula. Ab aqua in ſpeculum: Et hinc rurſum ĩ parietẽ. Similiterq; deinceps. Neq; per reflexiones uſquã deſerit illud unde reflectitur. Et in quolibet aeris puncto multiplices format rerum imagines ſpiritales. Per quas poſſit oculus rem totam ĩ pũcto quolibet contueri. Per hæc omnia confirmatur lumen non eſſe corporeum aliquid uel corporis qualitatem. Sed ut redeamus parumper ad comparationem luminis cum calore: neq; paulatim illuminat: neq; hic uel parumper reſtat / illuminante deſuper abeunte. Quod ſæpe iam diximus. Calor autem utpote qui aeris calefacti fit qualitas / paulatim accedit / atque recedit: & abeunte lumine reſidet in ſubiecto. Poteſt itaq; lumẽ idem de ſubſtantia in ſubſtantiam pertranſire: ſiquidem non ſit ſubiecti alicuius accidens / aut qualitas / aut paſſio quædã: ſed inſepabilis actus agentis. Merito inter ſubſtã tiam quaſi in ſe ſubſiſtentem & qualitatẽ / quæ ab agente ſimul & patiente dependet / exiſtit lumino

ſus actus ſolum agenti ſuſpenſus. Quādo lumen calefacit aerem / calefactio & a lumine dependet & aere: atq; inter lumen caloremq; genitum / tenet mediū. Cum igitur calor hic ſubducto lumine maneat / lumen aere ſublato penes Solem exiſtere poteſt: quia proprium. Proprium enim inſeparabile eſt. Sic inter lucem lucido corpori penitus intimā: atq; calorē iam aeri factū intimū / mediū eſt lumē: partim qdē lucēti intimū: partim ēt extra ꝓcedēs: ut radialis actus ſpectaculi directus ī ſpeculū: atq; radius uiſualis ex oculo micans. Hinc patet lumē ꝓpriū eſſe naturę cęleſtis: neq; corporibus ullis cōmunicari niſi. q. cęleſtibus. i. diaphanis & igneis: ut iā diximus: & ī his qdē cæleſtē cōſeruare ꝓprietatē. Cuius munere neq; diaphano miſcet̄ illuminato: neq; lumīa luminibus cōfundunt̄. Eiuſmōi nāq; cōfuſio nō ad cęleſtes actus atq; uirtutes. i. ad radios: ſed ad elemētales ꝑtinet qualitates. Quarū nulla ē ad pręſētiā lumīs neceſſaria. Satis. n. illi ē / ſi terrenā opacitatē nō offēderit / cęleſtibus ꝑcipiēdis ineptā: quaſi lumē ubiq; ſui iuris ſit: nec uſq̄ cæleſtē amittat ſublimitatē. Lumīa uero luminibus nō cōfūdi: hinc apparet / ꝙ ſi ad tres lucernas deambulaueris / tres umbras ex oppoſito reddes / uidelicet ꝑ tria lumīa īuicē nō cōfuſa. Itē ſi tribus his ingētē tabulā oppoſueris / ī cuius medio unicū ſit foramen / tria ſtatim lumīa e tribus lucernis ī oppoſitū

resultabũt. Quia uidelicet nõ sũt cõfusa. Deniq; si lucernã unã substuleris/suũ illã lumen.q.comitari uidetũ/splẽdore cõmuni interim diminuto. Mitto nũc Dionysiacũ illud/tres ĩ uno splendore radios/ diuinã nobis trinitatẽ repręsentare. Mirabiles ĩ radiis esse uires/sed occultas Astronomi cõprobãt/ atq; Magi. Sed etiã nimiũ admiranda est/quæ multis nota: ubi ex ęre cõcauo radii ad centrũ e cõspectu q̃plurimi p ęquales quisq; angulos repercussi/ remotũ etiã corpus/uel durissimũ prorsus adurũt. Vnde cõstat insup radios naturaliter esse calidos. Siquidẽ sola cõgregatione feruentissimi mox euadunt. Tanta proculdubio est potentia luminis: ut cælestia alioquin a terrenis.q.absq; proportiõe distantia/facile & subito plurimũq; cõciliet. Neq; solum uirtutes stellarũ oẽs ad sequentia transferat/ sed Solẽ ipsum stellasq; ad ĩferiora traiciat. Quemadmodũ spũs noster aię uires ipsamq; animam ad humores traducit & membra: atq; sicut ĩ nobis spiritus est aię corporisq; nodus: ita lumen est uinculum uniuersi. Sol.n.& stella quælibet lumẽ suum nõ p tenuissimã.q.lineã iaculantũ/sed ex toto suo ambitu circũfundunt: Sed hoc statim undiq; colligit se in conũ: ne forte extra suũ fontẽ profluens euanescat. Sic enim propter unionẽ ualidius aget: & totũ facilius erit ubiq;. Ac dum tota basis coarctatur in conum/stella tota omnisq; uirtus eius p

angulum aderit, agetq; potẽter ubiq;: poteritq; in angulo tota eius magnitudo uideri. Sic etiã cum in stellis centrum & circũferentia sit, lumen earum quatenus a toto ꝓfluit ambitu, circũferẽtiam imitatur: quatenus aũt colligitur in angustum, imitatur & cẽtrum. Imitat̃ & ipsã (ut Platonice loquar) mundi aĩam. Ipsam quidem eius intelligẽtiam claritate sua, uitã uero calore: motũ deniq; motu. Sed de his oĩbus satis in cõmentariis in Plotinum atq; Timeum.

Lumẽ imitatur Deum: Gradus luminum: Colorum scientiarum. Numerus septenarius atq; nouenarius. Cap. XII.

q Vodãmodo etiã imitat̃ Deũ. Nullus. n. oculus quantũlibet acer, lumẽ ipsum in se purũ solũq; cernit: utpote quod ĩcorporeũ est omnino proportionẽq; oculorũ superat ut diuinũ. Vident uero lumẽ oculi duntaxat in corpore illuminato, uel luminoso: & hoc quidẽ paulo densiore, uidelicet oculis lumen contempante. Forte uero illuminatum potius q̃ lumẽ cernunt. Debilissimi quidẽ oculi, neq; hoc etiam substinẽt. Validiores hoc intuentur, sed nõ circa solem: Vegetissimi circa solẽ quidẽ: Sed in Sole nequaq̃. Similiter ad Deũ intellectus uarios se habere cognosces. Cognosce precor Solem uno quodã nutu posse simul omnia facere, uel remotissima queq;, lumine uidelicet & ca

lore. Deūq; similiter facillime cuncta/intelligētia si
mul & uolūtate. Cogita rursus Deū tria rerū gene
ra ꝑcreare. Angelos pęnitus icorporeos: Item for
mas oīo corporeas. Medias uero aias: icorporeas
quidē substātia/sed affectu motuq;.q. corporeas.
Similiter Solem aspice/calore semp corporea gene
rare. Item lumine spiritales corporū imagines per
aerem resultantes. Medios uero colores. Septem
præcipui sūt effectus/tum Solis circa corpora: tum
diuini luminis circa mentes & animas. Nam pene
trat/illustrat: accendit/ excitat/ amplificat/ eleuat/
format. Memento denique neq; Solem neq; aliud
quicq̃ absq; lumine Solis uideri posse: siquidem
omne lumen a Sole dependet. Similiter ad diuinā
lucē ueritatē primā uerorū oīum plenitudine intel
lectus omnes se ꝓrsus habere. Sed de his in Theo
logia latissime. Quibus adde: quid sit lumen/nul
lus absolute definit. Sed quid nō sit/semper argu
mentamur. Non corpus: Non qualitas mixta cor
pori: Non color: Non diaphanum: Non imago cę
lestium: quę quidem simpliciter sit imago. Nō.n.
imaginis ē ultra imagines imaginariāq; cognitio
nem/etiam substātias agere. Negationibus igitur
comparationibusq; quibusdam duntaxat lumen
cognoscimus sicut Deū. Iuuat uero parūper com
parationes eiusmodi ꝓsequi. At tu interim da uer
bis ueniā lucis amice. Diuina lux per nouem an

gelorũ ordines distribuit. Quẽ numerum in mẽti bus Platonici etiam receperũt. Ad similes uero gra dus aĩę quoq; beatæ recipiũt. Similiter Solis lumẽ per nouẽ gradus pręcipue distribuit. Primus qui dem gradus luminis est in Sole. Secũdus luminis in firmamẽto cãdidi ob raritatem quoq; nobis oc culti. Tertius cõspicuæ lucis in stellis. Sed hæc ibi trina. s. candida/ rubea/ mixta: sũt igitur hucusq; gradus quinq;. Ad rubeam refertur ignis. Sextus in diaphanis sub Luna simplicibus. Septimus in diaphanis sub Luna cõpositis ceu uitris atq; chri stallis lumen minime conseruantibus. Octauus in diaphanis cõpositis conseruantibus: quales sunt oculi multi/ & noctilucę/ carbunculiq;. Quibus in est pinguis quædam cum perspicuitate tenacitas / luminis conseruatrix. Nonus desinit in colores imaginesq; colorum. Præterea si colores sunt qua si lumina quędam/ totidem ipsi quoq; gradus ha bẽt. Extremi quidem sũt albus atq; niger. Horum medius æque distans uiridis: De quo satis ĩ libro de uita secũdo. Inter album atq; uiridem croceus ẽst albo similior. Rubeusq; clarus ꝑpe uiridẽ: Za firinus uero medius. Tres similibus quoq; gradi bus ĩter uiridẽ sũt & nigrũ ex antecedẽtibus trina ꝑportiõe cõmixti. Cũ uero scientiæ luminibus lu minosisq; coloribus cõparari possint/ merito sunt

& nouem. Quasi musæ sub Apolline nouẽ. Scien tia quidẽ uel de rebus agit penitus separatis: uel oĩo corporeis aut mediis. Illa quidẽ diuina. Ista na turalis: Hęc mathematica. Harũ quælibet secat̃ in tria. Diuina enĩ uel cõtemplat̃ Deum: uel substan tias omnino diuinas ut angelos: Vel ĩtellectuales aĩas natura quidẽ diuinas: Sed quodãmodo etiã uergentes ad corpora: Sed interim sepabiles. Huc usq; diuina scientia cõtemplat̃. Naturalis aũt tria quoq; cõsiderat. Vel elementalia corpora/uel cæle stia: uel aĩas his coniunctas. Mathematica quoq; triplex. Aut enĩ solã quantitatẽ tractat siue nume ralem siue cõtinuam/ut Arithmetra Geometraq;. Aut quãtitatem eiusmõi cũ rõne motus/ut Astro logus. Aut etiã cũ rõne sensus/siue uisus/siue au ditus: Vt pspectiua uel Musicus. Nouẽ igit̃ cõmu nia scientiarum lumina sunt: Sed longius iam di gressi uidemur.

Lumẽ est quasi spiritale quoddã. Et spũs sunt lumina quædam: Similitudo luminis ad aĩam atq; angelos Cap. XIII.

q Vod lumẽ spiritale quoddam sit/potius q̃ corporale/ex eo cõstat/ut alibi diximus: qa passim sine tempore propagat̃. Sine offẽsione im plet perspicua corpora. Sine sui inquinamento se sordidis circũfundit. Preterea corporibus his faci lius se largitur/quæ lõgius a corpulẽta mole disce

dunt. Vnde purissima corpora cæli & ignis qui cælestis est, ut Platonici putãt, in se lucẽt. Aer & aqua ab illis. Interiora terrę neq; ex se manifeste nitent, neq; ex illis. In superficie terræ lumẽ mixtionibus diuersis elemẽtorum quattuor maxime terrenis infusum, diuersorũ colorũ induit formas, quasi corpuscula, quorũ quasi quędã animulę sunt scintillę luminis illis infusæ. Quas si ab illis mixtionibus segregaueris, atq; seruaueris, uidebis forte quales sint rõnales animæ a corporibus sepatæ. Sũt. n. lumina quædã olim ĩ corporibus cõfusiora, sed iam in naturam ꝓpriam restituta, ideoq; clarissima: Sic enim corpus ab aĩa diuersissimum illi quasi eclypsim obducit, sicut Luna cõiuncta Soli: Immo uero sicut mixtio terrena a cælo alienissima cæleste lumen reddit opacũ: facitq; colorẽ ex lumine, sic corpus circa animam reddit ex intelligentia sensum. Quẽadmodũ radius calorẽ quidẽ permiscet aeri, lucẽ uero retinet nõ ꝑmixtam: Sic aĩa corpori uitã cõmunicat: intelligentiam uero nequaq̃. Instar lucis sine compressione sui se colligit in angustum: sine distractiõe rursus explicatur in amplũ. Nec aucto corpore crescit ipsa: neq; diminuto decrescit. Lumen ab amplo dependẽs se colligit ꝑ foramen trãsuersisq; radiis prosilit in oppositum, figuram pristinã, mox ãplitudinẽ quoq; paulatim subinde recipiens ad eandem deniq; rediturum. Similiter

anima ab ampla diuinitate in angustũ corpus affectumq; apud nos redacta/potest hinc etiam incolumis emigrare/pristinam quandoq; formã & amplitudinem receptura: Qualis etiã descẽsus ascensusq; sit angelorum/radii quoq; declarãt prosilientes huc resilientesq; momento: & prosiliendo Solem minime deserentes.

Lumen in Deo: in angelo: in ratione: in spiritu: in corpore Cap. XIIII.

u Erum ut redeamus illuc unde digressi sumus/cælum quãuis in se/non tamen ex se sed ex superiorum claritate & gaudio refulget/& gestit: ceu oculus ex spiritus claritate animiq; lætitia. Spiritus autem lętatur maxime claritate sua Solisq;: Animus claritate spiritus atque mentis. Videtur autem lumen hoc esse mens refulgens per corpus perspicuum.q.uitrum: & inde iam facta uisibilis. Mens autem lux in se ob nimiam ubertatem tenuitatemq; pęnitus inuisibilis. Siquidem lumẽ & si est ubique die/nusquam tamen apparet/nisi ubi densum est aliquid atque resistens. Subtrahe densitatem. Et si non uidetur: est tamen ibidem. Adde iterum densitatem/statim rursus apparet. Hinc plane constat lumẽ ipsũ in se esse ĩtellectuale quiddã. Quod quidem mox sensibile fiat/subdito uidelicet denso: lateat uero subducto. Quomodo uero

uisibilem ex īuisibili lucē euasisse fingamus. q. ex scintilla iam mota lucidū quendam circulū in sexto theologiæ tractamus. Proinde lux in mente est ueritas gaudens/gaudiumq; uerum: lumen a mente in corporibus est quædā ueritatis rerum sensibiliū declaratio. Pulchritudinis flos/oblectatio sensus. Sed repete rectius. Nēpe lux tanq̄ propria corporis circularis perpetuo reuertētis ad idem: immo & intelligentię seipsam reflectentis ī orbem/ nimirum ubiq; tangēs repetere uidetur originem: dum sursum reflectitur in seipsam: nosq; similiter contēplatione simul & amore sui reducit ī patriam. Sed interim me quoq; cōpellit ut interloquēdū nescio quomō circuli more iam sæpius reuertar ad idem. Tu autem indulge precor prolixo huic amico lucis/ipse lucis amice. Bona igitur iam uenia repetā. Lumen ī diuina mēte intelligētiā supeminet: Inde angelicæ menti lumē idem infusum/secūdū intelligētiā reddit̄: sed sup terminos rōnis. Diuinū hoc angelicūq; lumē in mētibus hoīum secūdū rōnem iam euadit. Sed supat phantasiā. In spū secundum phantasiam/super sensum. In corpore uero maxime oculis. q. cęlestibus aīæ stellis/sensui iam familiare fit: Sed nō materiæ. Nam ipsū ēt pulchritudinis florem in corporibus apparentem Plotinus in quodam splendore nō corporeo collocauit. Ipsa certe pulchritudo prima nihil aliud est/q̄ splēdor

gloriæ penes patrem luminum: & figura substãtiæ eius: Vnde triplex emicat pulchritudo. Prima quidem per angelicos intellectus. Secunda uero per intellectuales animas. Tertia per corpora ubiq; formosa. q. lumen unum per tria quædam uitra coloribus îter se uaria: Ideoq; uarium exprimo splédorem subinde reddentia. Ipsa igitur gratię pulchritudinis. Quę etiam in corporibus intuentes & cogitantes tam mirabiliter in se conuertit/ nihil aliud est q̃ splendor per gradus desuper emicans. Maxime uero per radios oculorum & rapiens intuẽtes: & amatores occulto quodam calore mirabiliter in se transformãs. Sed de his in libro de amore satis. Ad institutum ordinem reuertamur. In omnibus mentibus lumen est uita exuberans. Veritas clara certaq;: letitia plena. Inde in corporibus est diuinę explicatio & effusio uitæ. Declaratio ueritatis rerũ & auctoris: Gratia formæ: Voluptatis incitamentum. Empedocles & Zeno uolunt/ quemadmodũ se habet ad carbonem flamma: sic quodãmodo se habere lumen ad flammam. Atque flammam esse quasi lumen densum. Lumen uero flãmam rarissimam/ uitamq; cũctorum. Plotinus & Proculus arbitrantur esse uisum quendam aspectũq; numinũ p radios cælestium oculorũ procul emissum. Atq; esse spiritum quendam diuinũ: qui & oĩa uideat:

& quãtum in se est/ab omnibus uideatur. Addũt eiusmodi spiritũ extingui nusq̃/sed sidera sequi: sicut uisualis radius animalium nocte uidẽtium. Nunc quidem emicat foras: nunc uero nõ emicat: nec interea prorsus extinguitur/uitã oculi sui continue comitãs. Si enim tota cæli natura sempiterna est: in hac autem nihil familiarius/pulchrius/efficacius/diuinius est q̃ lumẽ: nimirũ & lumen est sempiternum. Forte etiã coniectare licet/ignem quoq; sub Luna/lumenq; suũ sempiternũ esse. Est enĩ portio quædã cælestis ignis/cælesti quodam impetu crassioribus inclusa corporibus. Hunc ægyptii cælestem spiritum cognouerunt elementis infusum. Hunc Pythagorici Vestalẽ ignem inuenerunt/uel in centro mũdi feruentẽ. Hunc Stoici intellectualẽ ignem p oĩa discurrentẽ cogitauere. Hũc & Plato qualẽ in Timeo ꝓbauimus & Plotino. Hũc Theologi ueteres teste Marone/diuinũ etherem uiuentibus haustũ dixerunt ire per oẽs terrasq; tractusq; maris celumq; profundum. Igneus est ollis uigor & cælestis origo. Forte igitur ignis cũ uidetur extingui/in occultũ resoluitur ignem. Lumẽq; huius in lumen illius occultum.

Animæ & si nominantur lumina tamen in unum quasi commune lumen resolui non possunt Cap. XV.

q Vod modo fingebam & si forte non est uerum/licētius tamen fingi potest. De anima uero fingi reuera nō potest. Quæ enim cōmunem inter se materiam habent/inuicem confundi possunt. Item quæ aliorum partes sunt/in illa restitui. Rursus quæ superioris substantiæ actus quidam pedissequi sunt/in illam quasi resolui: & quæ accidentia/facilius euanescere. Rationales autem animæ/substantię sunt incorporeę/rectrices corporū/eisq; repugnantes/per se agunt/a se cōuertūtur. In se subsistunt. Supiori etiā quandoq; rebelles. Inter se nimium discrepantes. A substantiis accidētia ratione distingunt: a corporeis incorporea separant. Itaq; neque cōfundi possunt/uel restitui/uel resolui. De his in Theologia & secundo epistolarum libro latissime. Ac si animæ fingātur ut lumina/nō quidē ut radii sunt:/sed ut luces: & hæ quidē substātiales sēsibili luce lōge præstātiores: similes quidē stellis potius q̄ luminibus dependētibus: nati uo quodā lumine prędite ferme sicut stellæ: aliud preterea lumē sicut stellę a Sole/diuinitus acceptu ræ. Sicut lucē uisibilem nō percipit nisi lux aliqua uisualis: nec intelligibilem/nisi lux quædam intellectualis: ita neque substantialem distinctam sempiternam/nisi lux substantialis distincta sempiterna. Præsertim si illa sit sub ipsa sempiternitatis ratione percipienda. Per hācitaq; rationē. q. per spe

culam tibi prospicienti propria statim nostrę mentis imortalitas rutilabit.

Lumen est quasi uisibile numen & Deum referens/& nos gradatim ad mores & diuina perducens Cap. XVI.

d Eniq; lumē ē q̄si numē quoddā ī mūdano hoc tēplo Dei similitudinem referēs. Adeo ut Plato noster in libris de repub. hoc ipsius boni filium nominauerit. Est. n. instar Dei aspectu ante oīa uenerādū. Est & amplificatio quædā subita & latissima absq; detrimēto sui ob exuberantem bonitatem largitatēq; suā cunctis sese libentissime & felicissime largiēs. Causa cōseruatioq; & excitatio oīum quæ nascuntur. Proinde ad uitā/ueritatē/lætitiam/unde descēdit/cetera subleuat. Absq; huius pręsentia mori cuncta uidentur. Huius aūt pręsentia reuiuiscere. Interim uero dum ipsū nō solū fit a Sole/sed etiam cōseruat̄/neq; inde discedit/nos admonet/nō solū a Deo fieri: sed seruari: atq; ab illo minime discedendū. Siquidem illud ubi longius distare iam uidet̄ a Sole/ibi uehementius reflectit̄ erga Solem. Et si forte uidebor alicui curiosior/dicam tamē quod mihi nūc de Iustitia uenit in mentem/amore lucis & iustitiæ raptus. Quis enim modus adsit amori? Nempe uidetur mihi lumen sæpe nos ad iustitiam cohortari/ab iniustitia deterrere/ubi q̄ potens ipsa iustitia sit q̄ impotens iniusti

ria manifeste declarat. Rarius enim qui tanquam iustus incidit rectus/ęquales utrinque reddens angulos/potẽter agit/ & penetrat. Et ubi ex aere transit in aquam/non frangit̃ p obliquũ. Atq; ubi tangit solidũ. q. fortis reflectitur in seipsum. Cõtra ueto radius/q tanquã iniustus decidit ex obliquo/ angulos utrinq; faciens inęquales/tanquã debilis uix efficit quicq̃. Subito frangitur in obliquũ: nec in se redit unquã/sed residit in aduersum. Quantum uero lumini tanq̃ diuino/constantia/æqualitas/puritas ubiq; sit grata/declarat ipsũ in corporibus specularibus. In quibus & ex quibus ob hæc tria mirum ĩ modũ multiplicat̃. Dixerit forte Poeta quispiã/sicut Phębus Daphnem/ita lumen amare uirginitatẽ. Siquidẽ flos ipse candoris/una cum uirginitatis flore uiget/simulq; dispdit̃. Pręsertim in orbibus oculorũ/ex quibus ẽt testificatur ingenium. Hinc certe Democritus puellam quã modo uirginem iudicauerat/sagaciter deprehendit mox pollutam. Sed iam redeamus ad institutum. Lumen nõ solum nos in moribus instruit/sed etiam quod optimum est/ diuinum humano generi cõmemorat cultum: ut neque impii negare audeant esse Deum. Cuius simulachro sensibus nihil clarius. Neq; flagitiosi uel latere oculum uel effugere manũ eius se posse cõfidãt: Cuius simulachrum est ipsa claritas. Ac uelocius q̃ dici possit momẽto

per omnia dilatatur: nec eſt qui ſe abſcondat a ca
lore eius. Vnus in omnibus & ſuper omnia Deus.
Vnum in omnibus & circa omnia lumen. Lumen
in omnibus a Deo factis ē quidā diuinæ claritatis
ſplēdor. Atq; (ut ita loquar) eſt Deus. q. ſeipſum
finiēs: & ad operū ſuorū capacitatem ſeſe accomo
dans. Deus aūt ipſe eſt lumen īmenſum in ſeipſo
cōſiſtēs/ac p ſe ī oībus & extra oīa p īmenſū. Fons
ille uitæ/i cuius lumine (ut ait Dauid) uidemus lū
mē. Oculus quoq; quo oēs uidēt oculi: & ut inqt
Orpheus/oculus qui cūcta in ſingulis inſpicit. Ac
re uera oīa cōſpicit ī ſeipſo/dum eē ſe pſpicit oīa.
Cōſtituit aūt/ut in uno lumine cūcta cōſpicerent:
nō corporea ſolū: ſed ēt incorporea. Lumen uides
in materia mūdi plenū oībus rerum oīum formis
atq; uolubile. Subtrahe materiā. Relinque cetera.
Habes aīam incorporeū lumē a corporibus ſepabi
lē omniforme mutabile: Deme rurſus huic muta
tionē. Es iam intellectū angelicū cōſecutus/ſepatū
lumen. & omniforme iāq; etiā īmutabile. Detrahe
huic eam diuerſitatē: p quā forma quælibet diuer
ſa eſt a lumine. Alięq; diuerſę ſunt ab aliis: & infu
ſę inſup aliunde. Lumē hoc infinite lucet: qa natu
ra lucet ſua/eſtq; ſimpliciter abſolutū. Ita demum
Deus mētis oculis p hoc lumē ſupiore quodā lu
mine coruſcabit/uita ſenſuq; pleniſſimū: quando
quidē imago eius. i. ſolis lumē uitā oībus ſēſumq;

largit̃: & quanto lux illa excellentior est q̃ nostra: tanto maius menti gaudium q̃ hæc oculis afferet.

De statu beatorum sub diuino lumine, atq; miserorum Cap. XVII.

Ol i superna hierusalem: ut ꝓpheta inqt, est ipse Deus: qui cultoribus i terra suis in cæle stem patriã reuersuris, proculdubio promittit uniuersę ueritatis lumẽ: ac plenũ in lumĩe gaudiũ. Lumen hoc pręcipue sapiẽtibus, alios ad iustitiam instruentibus pollicetur. Fulgebunt (inquit Daniel) docti sicut splendor firmamẽti: & qui multos erudierint ad iustitiam, tanquam stellæ in perpetuas ęternitates. Nõ inquit: sicut Sol fulgebunt. Sol enĩ illic est ipse Deus. Splendor uero firmamenti est candor ille cælorum, ob raritatem suam oculis nostris semp occultus. Cũ. n. totus ignis luceat, multo magis tota substãtia cæli uel ubi nõ sunt stellæ, lucet: sed uelut ignis procul in materia tenuissima lucens, uix ulli cõspicuus. Eiusmodi splẽdore fulgebunt sapientes illi: q apud nos sola fuerint contemplatione contenti. Qui uero contemplati diuina: deinceps ad actionem se contulerint eruditurus ceteros ad iustitiam atq; sapientiam, uberiore quadam atque manifesta, sicut stellæ luce fulgebunt.

Cũ.n.ſapientes nihil aliud amauerint & coluerint ꝗ lucẽ: Hanc enĩ ſolã in qualibet ueritate quærenda quęritant/merito lucis premia referunt: & qui ceteros illuminant in perpetuum/non iniuria ipſi quoque in perpetuas (ut inquit) æternitates diuinitus illuſtrãtur. Quemadmodum uero piorum pręmium eſt mira quædam lucis participatio/ita ſupplicium impiorum eſt ipſa priuatio lucis. Immo uero ipſemet Sol diuinus: q ſanos uegetosq; piorum oculos mirifice fouet/impiorum contra oculos languentes offendit: & cõſcientiam incendio uexat. Nõ aliter ꝗ Solis lumen in aperto quidem delectat: in anguſtum uero coactum prorſus adurit. Sed libenter reuertimur ad beatos. Gratum quidem apud nos eſt aeris lumen omnibus: quia uitali animaliq; ſpiritu cognatiſſimum: rerumq; innumerabilium uarietate delectat. Gratius lumen in ſpiritibus corporis eſt ſanguineis. Gratiſſimum lumen intimum menti beatis: uſque adeo mentẽ implẽs/ut inde ſtatim exundet ĩ corpus: In corpus inquam tum cæleſte (ut Platonice loquar) uniuſcuiuſq; animæ proprium. Tum etiã humanum tandem iam quaſi cæleſte factum. Illic igitur unuſquisq; totus eſt oculus: totus undiq; peruius/atque lucens. Quamobrem ſinguli tam mentis ꝗ ocularis corporis radios in ſe inuicem ia

cientes, facillimo quodã nutu se mutuo prsus in telligent: Singuli mutuo radiorum iactu in singulis coruscabũt. Deus aũt tanq̃ Sol ĩ stellis q̃ abunde, tam fęliciter fulgebit in cunctis.

FINIS.

Apologia in librum ſuum de Sole & Lumine.

m Arſilius Ficinus Florẽtinus Philippo Valori oratori apud Pontificẽ Florẽtino .S. D. Librum de Sole clariſſimo Petro Medici deſtinatum domi iam diutius retinebã. Atq; contra præceptum euangelicum: ſub modio lucernã/ſiue Solẽ ferme iam impius aſcõdebam. Sed Petrus ille Nerus/quem in epiſtolis noſtris frequenter candidiſſimum appellauimus/pium exiſtimauit fore/ut lumẽ hoc q̃plurimis (ut deus præcipit) effulgeret. Itaq; candidiſſimo Viro ad quem potiſſimũ cura de lumine pertinet & candore/libentiſſime parui. Atq; ultra myſteriũ Magnanimo Petro Medici cõmendatũ/pmiſi librũ opera Petri Neri palã impreſſoribus exprimẽdũ. Ecce igĩ mi Valor luce mihi carior/palã Sol hic q̃tuluſcũq; meus iã exorĩ. Sed forte mox ſuborituris nebulis offundẽdus: uel ẽt futurus noctuis quibuſdã ueſpertilionibuſq; moleſtus. Nebulas qdẽ aut uenti ptinus diſſipabũt/ aut Sol ipſe cum aſcenderit altius/ extenuabit atq; diſſoluet. Veſpertilionibus aũt ſub lumine caligãtibus cæcutientibuſq; cõſulito: ſi mõ cõſilii ſint capaces/ne lucem quidem incuſent/ceteris ſalutarẽ. Sed ipſi ſplẽdorẽ hunc effugiãt/ſuo more potius: atq;/ut par eſt/indigni lumine/aſſidue deliteſcant.

Bona quidem spe Valorem meũ ad hoc certamen prouoco: Valorẽ inq̃ nõ solũ cõtra bubones: Sed aduersus etiã immania mõstra/Herculis instar ualidissime pugnaturũ. Soles enĩ Boetianũ illud pro Hercule dictum in ore frequẽter habere: Superata tellus sidera donat. Herculẽ ueteres introducunt/uirum Solis alumnũ/pro uera gloria/pro ueritatis splendore/quę Solis ipsius munera propria & officia sunt: labores duodecim quasi duodecim signa Zodiaci subeuntẽ. Ito nunc alacer mi Valor in prępelium. Propugnatores.n.illic (scio qd loquar) tres saltẽ inuictos habebis. Politianum Herculem inq̃: Phębeum Picum: Amphioneumq; Landinum. Hĩ profecto q̃ strenue pro mea uita iam triennium certauerũt: tam fęliciter deinceps pro hoc meo quantuscunq; est splendore pugnabũt. Die.xi.Ianuarii.M.CCCCLXXXXIIII.

Sæpe ĩ cęlestibus gemini sunt. Itẽ Soles duo.

m Arsilius Ficinus Florentinus Martino Vranio pręnnyngero Germano/suo quasi germano.S.P.D. Iuuat una tecum mi Vranie uir cælestis cęlestia sæpe tractare. Nõ solũ in firmamẽto gemini sũt illi dioscuri: sed ĩter planetas sunt quoq; germani. Mercurius enĩ quasi minor frater est Saturni. Consimili.n.(ut Plato inquit) luce fulgent: & ingeniis utriq; præsũt. Germana Iouis est alma Venus. Phębi quoq; Phębe. Mars ãt quasi supbior

cõmunionis exps. Solem ipsũ non tã comitatur/ q̃ æmulatur. Præter. n. feruorẽ suum Solis æmulum/ quasi riualis/ lumẽ nescio quod ĩfundit Lunę pau cis admodũ obseruatũ. Post hæc aũt ætherius aer/ quasi Iupiter alter/ frater & maritus est sequentis aeris. q. Iunonis: Sed ut reuertamur ad Solẽ: Quid mirũ? Siquidẽ in cælo sunt gemini Soles/ geminos quoq; penes me. q. Soles esse natos: primo quidẽ minorem: deinde maiorẽ. Minorẽ igit̃ ipse Orator ad Pontificem ꝓficiscẽs/ præterita æstate apud nos uidisti Florentiæ: qui & te hinc in germaniã abeun tem e uestigio secutus est/ clarissimũ pñcipem tuũ Eberardum salutaturus. Alterũ uero Solem/ qui in ter Platonicas cõmentationes grandior iã coaluit/ iure sibi uendicat Petrus Medices: qui & Platoni ca iure sibi oĩa uẽdicat. Lumen similiter mi Vranie mihi geminũ inter lares eluxit: Minus atq; Maius. Minus quidem iandiu Phębo Capellę fulsit. Ma ius uero nũc Petro Medici clarissimo lucet. Vtrũq; igitur Vir cęlestis fęliciter cõtemplare. Contẽplabe ris uero feliciter: si luminis huius similitudĩne Pla tonicũ hoc quod sequit̃ de diuinitate mysterium memoriæ cõmendaueris. Quæ minimũ lumen ha bent/ non aliter cernere cõsueuimus/ q̃ passim quę rendo propius accedẽtes. Solẽ uero uisuri nõ tam quęrere Solem cogimur ultro nobis obuium: atq; omnium patentissimũ/ q̃ purgare oculos/ aperire/

conuertere: proq; modo nostro hos ad illum acco modare. Similiter ceterarũ q̃dẽ rerum ueritates exĩguas. q. scintillas argumentationibus pscrutari cõpellimur. Immensum uero Dei lumen sic assequ nõ ualemus: sed & amatoria uolũtatis cõuersione/& serenitate mentis paramur ad illũ/nobis uidelicet preparatis ultro feliciter coruscãtẽ. Hinc Platonicũ illud. Diuina q̃dẽ uerbis rõnibusq; doceri nõ possunt: quẽadmodũ cetera quæ discunt. Sed assidua circa diuinũ ipsũ cõsuetudine uitæq; cõmunione. Subito tandẽ nobis uelut ab igne scintillãte lumẽ effulget in animo: seq; ipsum iam alit. Die. xviii. Ianuarii. M. CCCC LXXXXIII.

Nonnulla de lumine. Item Catalogus librorum Marsilii.

b Indacius Recasolanus Gregorio Alexãdrino physico preclaro. S. Mitto ad te librũ de Sole & lumine a Marsilio nostro nup editũ: sperãs nõ mediocriter tibi gratũ fore: tum q̃a de lumine oibus gratissimo tractat: tum etiã quoniã a Marsilio Platonico tibi oíum carissimo pficiscit: Præsertim q̃a p hãc lucẽ/quod est preceteris exoptandũ/ inuisibilia quoq; uidebis. Solet eni Marsilius noster/quo familiariter utor/sepe dicere lumẽ a diuina prouidentia constitutũ/nõ solum ut sub eo cor

pora: sed etiã multoq; magis: ut p ipsũ incorporea cerneremus. Cętera eni ad id assuerãdũ argumenta: uel obscuriora nobis esse: uel aliunde deducta. Ipsum uero lumen/dum palam se oculis obicit/interea se non esse corporeum inditiis multis ostendere. Vt ex hoc plane/quod incorporeum per corpora nobis occurrit/esse aliquid supra corpora/incorporeum cogitemus. Ac dum in uno Solis lumine innumerabiles radios inuenimus cõiunctos in uicem & distinctos/hinc quales & quomodo ĩ diuina mẽte sint ideæ: rerum omnium contẽplemur. Pręterea ubi radios uariis nubibus uaporibusq; infusos aspicimus/diuersos ibi colores edere/inde cõsideremus/qua ratione in materiis longe diuersis ideæ diuersa frequenter efficiant. Denique ubi splendore Solis in terris/colores uarios/qui & in eius uirtute sũt prosilire uidemus/hinc plane qũo seminales rerum omnium rationes in natura/sint atque ex ipsa prodeãt cognoscamus. Hęc ille quidem inter loquendum. Sed longe meliora in ipso libro de Sole & lumine/quem mittimus uidere poteris. Vt aũt Marsilianos libros omnes quod equidem te desiderare scio/in hoc lumine cernas. Catalogum accipe.

Catalogus librorum Marsilii Ficini Florentini.
COMPOSITA

Opiniones Philosophorũ de Deo & anima
Declarationes Platonicę in adolescentia
De uoluptate
De amore. Ad quẽ librũ cõponẽdũ adhortatus est illũ dilectissimus eius Ioannes Caualcantes uir pius admodum atq; grauissimus/eo quidẽ cõsilio/ut ꝑditos uanę pulchritudinis amatores ad amandã ĩmortalẽ pulchritudinẽ reuocaret.
Item de Religione christiana
Theologia Platonica in libros. xviii. diuisa de animorum ĩmortalitate.
Cõmentarium in partem Philebi.
Libri epistolarũ. xi. Platonici plurimũ & morales.
Libri de uita tres. s. De uita sana. De uita lõga. De uita cęlitus comparanda.
Argumenta in libros Platonis oẽs.
Argumenta in libros Plotini oẽs
Liber contra pestem.
Argumenta quędã in Theophrastũ siue Priscianũ de anima.

In secũdo epistolarum libro continentur hi libelli
Quinq; claues in platonicã theologiam:

De raptu Pauli ad tertium cælum.
De Lumine.
Opuſculum de ſtella Magorum:
Arguméta in Dionyſium de mixtica theologia/ & de diuinis nominibus.
Cõmentarium in Timeum.
De Sole & lumine.

TRADVCTA.

Multa ex Hermia in Phedrum & ex Iamblicho de ſecta Pythagorea.
Mercurius triſmegiſtus de ſapientia diuina & opificio mundi.
Alcinoi cõpendiũ in Platonẽ/una cũ Speuſippi de finitionibus/ prouerbiisq; Pythagoræ: & cũ Xenocrate de cõſolatione.
Omnes Platonis libri. lvi.
Omnes Plotini libri. liiii.
Iamblichus de myſteriis ęgyptiorũ atq; aſſyriorũ.
Syneſius ds ſomniis.
Pſellus de Dęmonibus.
Porphyrius de occaſionibus ad diuina.
Priſciani lydi cõmẽtarium in Theophraſtũ de aĩa.
Proculi multa in Alcibiadẽ/ & in rempub. & de ſacerdotio.
Nõnulla Porphyrii de abſtinentia.
Liber Dionyſii areopagitę de myxtica theologia:
Eiuſdem de diuinis nominibus.

Nõnulla Athenagorę de resurrectione.
Quotidie Platonis libros recognoscit alicubi/ alienis manibus forte contaminatos: distinguitq3 in Capita: & longioribus argumentis cõmentariisq3 illustrat.

Impressit ex archetypo Antonius Mischominus Florentię Anno Salutis. M.CCCC LXXXXIII. Pridie kal. Februarias.





Emendata

Car.i. fa.ii.li.ii tuis imo uestris
Car.viiii fa.ii.li.iii. adipiscant̃ imo adipiscũt̃
Car.xi. fa.i. li.xxii. utrunq; imo utcunq;
Car.eadẽ fa.ii.li.i. calorem q̃ lucem imo calore q̃ luce
Car.xii. fa.i.li.xvii. in mundo imo mundo
Car.xiii. fa.ii.li.xvi. Platonica imo Platonici
Car.xv. fa.i.li.vii. cęlum imo cęlium
Car.eadẽ fa.ii.li.xxiii Quo imo quod
Car.xvi. fa.ii.li.iii. atq; imo neq;
Car.xxviii.fa.ii.li.vii. gratię imo gratia
Car.xxix. fa.ii.li.x. a se imo ad se
Car.xxx fa.i.li.xviii.separabilẽ imo separabile
Car.eadẽ fa.ii.li.i. rarius imo radius
Car.xxxii.fa.i.li.xvii. spiritu imo spiritui
Car.xxxv.fa.ii.li.iiii. libri quattuor. Et fa.eadẽ li.penultima. Libelli octo .Item linea ultima. & compẽdium in eandem
Car.xxxvi.fa.i.li.x Et ex Theone Smyrneo de mathematicis